


68
11 E
1

AD CAROLVM
Max. Imperatorem. Et Hispaniaruz Regẽ.

Fratris Ambrosij Cath. Ord. Pred. Apologia pro veritate Catholice & Apostolice fidei ac Doctrine. Aduersus Impia ac valde pestifera Martini Lutheri Dogmata.

INDEX OPERIS.





HIERONYMUS BENIVENIUS ANTONIO Negusantio Fanensi. V. Iuris consulto. S.

LEctitanti mihi Antoni Suauiss. Validissimas illas tuas conclusiões a quibus/quasi æneis tormentis inextricabilem (ut sic dixerim) Martini Lutheri Labyrinthum expugnare contendis. Ecce aliud Fratris Ambrosii Catharini olim Lancellotti Politi Senensis Iurisc͡on. undequaq; doctiss. & a te nunq̄ satis laudati: opus offertur. In quo ille: ut est magno & excellēti ingenio ac doctrina Vir: quē tu graui admodum uulnere cōfoderas: e medio penitus tollere conat̄. Quod q̄ fœlicissime perficit. Equidem fateor cū lętitia/tum mœrore/horum operum alioqui iucūdissima lectio: affecit. Lętitia: ut qui inter huius sæculi raros ac pauperculos Christi milites: adhuc aliquos superesse cerno: qui cuiusuis ecclesiæ hostis insidias detegere/& uim ꝓpulsare/& possint/& uelint. Mœrore/q; semper nouos laqueos simplicioribus Christi ouibus parari uideo. Fecistis uos quidem quod uestrū erat q̄d utriusq; officium. sed & alterius postulabat professio: quod deniq; pietas ac religio suo quodam iure exigere uidebatur: Sed id quidem ita fecistis: ut nō modo cæterorum horum uerum etiam ipsius Martini (modo uelit adapertis oculis se ipsum ibidē quasi in nitidissimo speculo ītueri) omnes siue eius (quod absit) siue per eum Diaboli ipsius artes/ac doli palam fiāt: nec ullus præterea relinquatur eis locus quo confugiant aūt ubi tuto latitare possint. Multum profecto: si sapiat Martinus: multum religio Christiana/nobis debet. quæ/tam & si super Petrā illam quam defenditis fundata/sua stet mole/ac inexpugnabili uirtute inconcussa permaneat: gaudet tamen & se suos milites habere: quoꝝ armis/quæ sunt Scutū fidei. Lorica iustitiæ/spei Galea: & ipsius charitatis anceps & usq; ad diuisionem animæ & spiritus penetrabilis Gladius ipsa se tueri & (quod est mirabile in oculis nostris) mortē pariter ac uitam/suis hostibus inferre possit. Reliquum est igitur/ut quem uos pro Christi nomine & honore magnis uulneribus affecistis is fusis ad Deū precibus/ac hisdem repetito uulnere armis/Sanctæ Romanę Ecclesiæ incolumis repræsentari mereatur. Vale.





MAXIMO IMPER. ET CATHOL. REGI CAROLO
Humilis Paup Frater Ambrosius Ord. Prędicatorum. Fœlicitatē sempiternā.



Bsecro te Fœliciss. Rex/& Gloriosiss. Impator/per IESVM CHRISTVM/ Verū Deū ac Dei filiū/ Vnicum dñm nrm. Audi patienter/imo et clemēter pauperē loqui desiderantē in auribus tuis. Obsecro nihil obstet authoris humilitas atq pauptas/quin sermo ipse grām inueniat corā te, si alioq fidelis & sincerus reperiat. & si in eo Dei ueritas facile possit agnosci. Veritatem.n. meditatus est iste pauper/nō adulationem. Nō quærit/non agit/non pcurat rem suā: sed tuā potius optime Rex. Tuam.n. tibi statuit ante oculos pacē ac salutē: dum ea suggerit/q ad amplissimū tuū regnū: cū Dei grā & beneuolētia cōseruādū: augendūq spectent. Et q maxime ad sempiternā in regno altero/lōgeq & incōparabiliter beatiorē uitā cōparandā/adiutent. An qso ueritas/minus erit ueritas/qa pcesserit ex ore pauperis? An idcirco minus audiēda/qa nō emanat ex gutture digniore? An qa simplr potius nuditerq plata/q ullis fucata coloribus/aut artibus exculta/siue ornamētis instructa/nō attendi debeat & custodiri? Cū oīs ueritas undecūq pferat a spū scō sit: ut ait Ambrosius? An pterea cōseruatio auctioq regni & solii tui/ob eā cām est negligenda/qa ab obscuro hoīe/nō tñ temere/sed fideliter ac diligenter/admoneat? An deniq cōtēnenda ob hoc ipsum æternę beatęq uitę salus/p q ad illā adipiscēdam attinēt/ab hoīe ignobilis atq humilis fortunę cōmemorent? Absit a Rege tāto/ut opinet tam stulta, quē ueritatē & iustitiam potissimū diligere oporteat: Absit ab Augusto tam nobili ad quē pcipue eiusmodi cura ptineat: ut ita prudētia & sapiā maiores supare cōtendat/sicut et fortunarū & imperii amplitudine longe lateq illos antecessit. Absit deniq ab eo/q qto est maior in terris/tanto id curare debeat sollicitius/atq cautius puidere/ne minor aut minimus fiat in cœlis. Nō hæc dico sūme Rex quo infausta atq infœlicia ominari uelim tanto culmini: pro quo Deo meo (scit ille) quotidiana uota suppliciter reddo. Nec quasi qcq a tanta maiestate hactenus patratū tentatumue nouerim/qd non laude dignū & gloria merito cēsere possim. Sed qa ab hoīum malitia. A tēporū cōditione & infœlicitate A Christianæ fidei tepore: imo (heu heu) pene iteritu. A linguosorū/seductorūq & nouorū hæresum suscitatorū improba malignaq pcacitate/hypocrisi/ mēdaciis & consciētiis in facie pietatis cautheriatis/nihil est iam penitus qd nō metuā. Quare Sapiētiss. Rex/Clemētiss. Impator. Porrige obsecro p uiscera misericordiæ IESV CHRISTI. Beniuolas aures tuas sermoni ueritatis. De qua si dubitare forsan potes/Suspice oculis in cœlū & pete iudiciū & consiliū a Deo pre luminum: oīsq lucis ac prudētiæ & sapiæ ppagatore. Et ipse pculdubio dabit tibi. Noli mundi sapiētes cōsulere/& qui pcipue in oculis suis sibi sapiāt: qq magniloqui/& linguæ facultate admodū pstare/uideant. Noli adulatores blādos: mollesq palpatores audire: neq tādē illos/quos ambitio ad inanē gloriā: uel cōturbatio atq idignatio ad furorē/aut uindictā: uel libido feruēs ad mūdi uoluptates ita detorsit / ut statuerint oculos declinare in terrā. Sed uoca uiros quos Dei ueri seruos/diu sancte custodita religio uitæq innocētia morūq spectata integritas/nō apud

incertū uulgus:sed apud Probos honestiq; exempli hoīes latius cōprobaue rit & cōmēdauerit. Atq; eos demū q nō ignari fuerint sapiæ & sciæ Dei. Inter roga illos/& facile renūciabūt tibi/q uez hoc sit quod in simplicitate(sed tñ in tristitia uehemēti cordis mei) zelus diuini uerbi/& maioz patrūq; meoz obedientia/tantæ celsitudini renunciare atq; exponere me coegit. Audi igi tur quæ loquor/quæ cōfidenter testificor in aīam meam.

Martinus quidā Lutherus nomine/nouorū dogmatum sator peruersus/& audax nimis atq; pertinax ꝓpagator/spiritali ꝓculdubio lepra laborans/lu cida iam & manifesta/seducere (ut fama est cōstans) Infirmas oues Christi/ & potum pestiferæ doctrinę noxiū miseris ac moribundis illis assidue propi nare(reclamante ꝓhibēteq; tota ecclesia) impie nimis ac detestabiliter non cessat. Nota hæc sunt quæ loquor: Patentia in scripturis Sanctis Diffinita apud patres Pōtificesq; præclaros in sacris & inuiolādis Synodis Robora ta summoz & Scōz Pōtificū plurimis atq; in temerandis oraculis. Et eorū quoz uitæ claritas & cōspicua sctitas/solēni ueneratione orbe uniuerso cele brat: Explorata cōptaq; Sctiss. doctoz (& ueteꝝ ac recētioꝝ) aptissimis di lucidissimisq; sentētiis/rōibusq; ab eis efficacissimis cōfirmata: Et nup a Sā ctiss. Dño. D. nrō Leone Pōt. Sūmo/canonica claraq; aīaduersiōe recogni ta/ debitaq; detestatiōe explosa/& ab ecclesiastica uera doctrina merito sepa ta atq; exterminata. Nota inq̄ loquor fœlix Auguste. Et postremo ausim di cere. satis supq; atq; pspicue pñtib⁹ cōmētariis nris enucleata: uñ absonas & horrēdas eius uiri ipietates/de suis ꝓpriis uerbis colligere cuiq; pfacile lice bit. Quare Carole optime Max. & Potētiss. Rex. Si uera sūt (ut certe sūt) q̄ narro: Si patētia sanis & non turbatis oculis. Si hō hic pfidus/morbidus/ac uenenosus cōtra dñm & cōtra Xpm dñi laborās ibi degit/ibi uiuit/ibi i dies magis ac magis inualescit & malū pficit/ubi tu authoritate ac ptāte uiges. Si ergo malū est in regno tuo: Si inde auferre uirtute uerbi tui: immo ītuitu tuo/ illud cōfestim potes. Si Rex sapiēs Salomō/ de Rege sapiēte sic loqtur, Rex q sedet in solio Iudicii dissipat oē malū intuitu suo. Et paulopost; Dis sipat ipios Rex sapiēs/& icuruat sup eos fornicē. Si (ut idē ait) mulctato pe stilente/sapiētior erit puulus. Si multi q hāc neglexerūt salutiferā iustitiā/ēt sūmi Impatores/inciderūt in irā Dei: & in exitū corā hoībus & corā Deo ꝓ culdubio Infœlicē/oīq; plenū miseria. Si p cōtrariū/q nō segniter ꝓ morbis morbosisq; Christianę religioni aduersantibus/extirpādis hoībus/sed fideli ter atq; sedulo laborarunt/sūmā sibi in terris & in cœlo laudē atq; gloriā cō parauerunt: ut tu satis de historiis uetrūq; monumētis/ueluti sapiens Rex (opinor) abunde perdidicisti. Quid erit quæso quod te ab hac iustitia & ue ritate: aut saltem diligēti ueritatis inqsitioe (ut recte tibi consulit iste paup) possit merito abstrahere/uel tātillū auertere aut amouere? Ego certe de tāto Rege lōge mihi meliora ꝓmitto. Apud quē iā supuacuū iudico plura adde re. ut rē christi psuadeā esse suā/q a Christo tāta (uix in lucē ꝓditus) accepit q̄ quāta admirari nrm sæculū nō satis pōt. Sed iam bene uale in Christo: & in æternū uiue/ Rex semper fœlix atq; Auguste Carole clemētissime: certo cer tius sciēs/nēminem bene ualere posse/qui in Dño IESV CHRISTO nō ualeat: per quem solū Reges regnant & Potentes loquuntur iustitiam.

Cui Gloria & Potestas in æternum. Amen.

FRATRIS AMBROSII CATHARINI ORD. Præd. in Apologiam Catholicæ ueritatis. Aduersus prauorum & ipiorum Dogmatū suscitatorē Martinū Lutherum. Præfatio.

Cum diu infaustus infœlixq; rumor: ex ore multorum assidue meas aures uerberasset: excitatū in Germānia temerario ausu: diabolicoq; suasu/hoiem: qui nōnulla in medium pponere/ disputare/atq; in publicū: æditis ēt cōmentariis aduersus sacrosāc. Ro. Ecclesiæ ptātē: eiusq; Sāctiss. Caput/& sctōrum multis tpibus uniuerso orbe receptā/ pbatamq; doctrinā: ptinaciter asserere nō uereaſ. Adductus sum tandē: p rei indignitate atq; insolētia: de hois tā peruersi ingenio atq; studiis: paulo sollicitius inqrere. Et (qd tutius semp censui) nō adeo facile priuatis quorūcūq; testimōiis (in his pſertim diffōnibus q̄ ad fidē ptineāt/q̄ nō sine graui pıculo fiāt: ut ait Aug.) aut firmiter adhærere/aut p oīa assentiri. Quippe cū nō paucis iāpridē exēplis edoct⁹ eēm: nō modicā cape plerosq; hoiu; uoluptatē/cū supra q̄ se rei ueritas hēat: & id qd alter ab altero accepit/in hmōi nouitatib⁹: addūt aliqd/aut apponūt de suo. Paraui igiſ mihi/ad hanc rē ptinētia/q̄piā huius hois dudū uulgata opuscula: & uix ea pcurri/cū leprā hinc inde aspsam lucentēq;/ac manifestā pfacile agnoscēs: nō solū uera cōprobaui oīa/q̄ de isto iniqtatis filio: imo magis pre iniqtatū: multo antea accepā. sed & pter ea longe plura: atq; admodū pestilētiora dephēdi/ut facile tāq̄ de ,pprio chirographo. pbauerim de scriptis suis: nō solū illū diuinæ atq; hūanæ sciæ: sed ipsius ēt hūanitatis penitus expertē esse. Nihil Dialecticæ artis: nihil phiæ nosse: Diuina atq; hūana iura p arbitrio puertere/atq; inuoluere: oīa cōmiscere: cōfundere: nihil distinctū: nihil enucleatū/pati posse. Scripturas/ad ea q̄ sibi ipsi cōfinxit mōstrosa sensa: ita īfœliciter: ita uiolēter attrahere: ut plerūq; nō aliis magis/q̄ qbus ipse īnitiſ locis/expugnari ualeat. Et (qd mirabilius est/qdq; ego ipe q uidi: q cōprehēdi: q detexi: q deniq; cōptū habui/ atq; adeo habeo: uix tñ possum credere) nō facile estimare ualeas: utrū secū magis q̄ cōtra alios pugnet: adeo nūq̄ sibi cōstās est: adeo semp puersus & cōtētiosus. Et ut ipleret in eo qd scriptū est. Nō est in ore eorum ueritas. Tāta atq; adeo patētia passim iactat mēdacia: tātas assidue struit calūnias: ut/uel hoc solū maximi loco miraculi mihi fuerit: q̄ putauerit posse illa ab oculis hoīum abscōdere. Illud uero lōge incredibilius/q̄tū sibi placeat: q̄ magnifice & gloriose sese efferat atq; extollat/cū cæterorum despectu & cōtumelia: & ibi maxie (qa. s. tunc magis est opus) ubi maxie & decipit & decipiſ. Nā quē putamus hūc esse in oculis suis? harūdinē uēto agitatā? aut homūculū nō mittētem manū ad fortia? cū ille sit/q nō aduersus unū aut alterum inire pugnā. & doctorum & sctōrum: nec unū aut alterū/ aut ēt plura eorum errata/reprehendere atq; eludere. Sed oēs pariter/quos ab hinc multos ānos xpiana sibi religio delegit ac statuit p magrīs/q̄talibet sciētate & authoritatis fulgētes/uniuersamq; simul eorum doctrinā: multis noib⁹ carpe/cōtēnere & irridere nō uereaſ. Et qti eū facere Romanorum Pōt. decreta ac sanctiōes/titulis ēt sctitatis pſtātiū/arbitramur? Malo suis ipse uerbis pferat: q illa Frigidissima/Lāguidissima/Ineptissima Deliramēta Paleas. & q

Modestia Martini. dem miseras paleas uocat. Et qa(ut ipse fatet) hacten⁹ nimis modeste erat locutus:iō seipsum corrigēs/addidit. Impiissima & cōtra Euāgelii ueritatē: corūq; auctores(etsi nōnulli & Scti & martyres fuerint)in crassa/diuq; nota nimis/hæreticorum uersutia/in notarios uertēs: Adulatores: Temerarios: Canes: Belluas: Porcos: Ambitiosos: Impios: uocat: & aliis ꝓphanioribus (sicut uidebim⁹)titulis inhonorat. Taceo q̄tis pſertim in Thomā furiis/& in Bonauēr. & alios q̄tiuis noīs uiros agitet: quos nō Sinceros: nō Euāgelicos: nō Xp̄ianos: nō Paulinos theologos. Sed Dialecticos: Peripareticos: Pictagoricos: Temerarios: Scholasticos.i.illusores.(Sic.n.ipse exponit) Thomistras/Thomastros/īpropriistas.(Sua.n.hæc sūt q̄ fingit ad illudēdū uocabula)& indignis qbusdā aliis uocib⁹: de theologica officina sua excussis/cognoīare n̄ erubescit. Scilicet/Rethor tā cordat⁹ a lr uniuerso orbi facere manifestū non poterat: se uere hæreticū esse: nisi ēt in Thomæ doctrinā: Imo in illā p̄cipue: cōtra eiusmodi bestias singlr nobis datā diuinitus: aptis tū calūniis/tū biasphemiis inueheret. Neq; cōmode aliter poterat uir circūspectus indicare: sup oēs q uiuāt se illusorē esse: nisi fingēs ēt noīa ut illuderet/facile declararet/uniuersam latinā linguā ad illudendū satis ei nō fuisse. Quare cogitāti mihi: utrū tā stulto hoī r̄ndere/opepciū ducerē sat oportune notū sapientis cōsiliū sese offerēs aīaduerti. Nō r̄ndeas stulto iuxta stultitiā suā ne ei silis efficiaris. R̄ndeas stulto iuxta stultitiā suā/ne sibi sapiēs esse uideat. Ex quo cape facile licuit: id mihi r̄siōis gen⁹ tātisp ꝓhiberi: quo fieret ut nō min⁹ ipse r̄ndens accusari stultitiæ noīe ac merito rep̄hendi possem: Si forsan nō zelo domus Dei: ꝓ iustitia/ueritate/fide/saluteq; aīarum ex ꝓfessiōe laborās: sed poti⁹ inanis glorię/fauotisq; hūani/aura trāseūte/pellectus: inuicē ꝓuocās: inuicē maledicēs: ꝑpetuis atq; inefficacib⁹ cōtētiōib⁹ deseruirem. Quāq̄.n.uere nō sit ille dignus: in quē/uel oculi cuiusq̄/ne dū studia q̄liacūq; cōuertant. prefertim q̄ taliū hoīum ingenia dura atq; sup̄ba: neq; ulli cedētia rōni/neq; cuiusq̄ obedietia disciplinæ/digni⁹ eludunt ac durius cōstringunt/si cōtēnas/q̄ si resistas. Didici tn̄ maiorum exēplis/nō esse ppea relinquēdos infirmiores. qui quouis pflāte uēto/& qbuscūq; causis ipiæ doctrīæ fauētib⁹/in stulta delirametā ipelli/& facili⁹ a ueritate seduci possent. Cū igitur uniuersa hui⁹ pestiferi hoīs doctrina (sicut & oīum hęreticorum) de labiis iniqs & lingua dolosa ꝓcedēs/n̄ nisi dolos & iniqtatē cōtineat: tūc demū in manifesto ponet iniqtas cū dolos primū qb⁹ tegit & qb⁹ decipe conat rude uulg⁹/paulo diligēti⁹ secernā atq; ostēdā. Quid igit det/aut qd apponat mihi ad linguā dolosam? nisi sagittæ potētis acutæ cū carbonib⁹ desolatoriis? hoc est/ueritas Dei in scripturis sctis & sctōrum exempla(ut ait Aug.)in charitate nō ficta. Aut magis(sicut se accinxit dilect⁹ Deo iuuenis ī Goliatth.) qnq; limpidissimi lapides de torrēte sumpti/& pastorali Pera educēdi: idest dura tn proteruos/Dei uerba: & sensus claritate fulgentia: de torrente. s. scripturarum: deq; pera pastorali. i. scrinio sanctę semp/& ueridicę ecclesiæ educenda. ut Philisteus pessimus/primo primi lapidis ictu in frontē pcussus/occidat ut meritus super terrā. Procedat igit nunc iam uir iste spurius & incircūcisus. Qui uociferat doceat me q pōt: & ꝓferat q habet meliora: & singulos ad certamē inuitat/sicut gigas Goliatth/Gladio fidens. i. lingua maledi-

Nota lector.

ctorū: sicut scriptū est. Lingua eoꝝ gladi⁹ acutus. Et hastā tenēs/ qa in principib⁹ & filiis hoīum in q̄b⁹ nō est salus/ lōgitudinē posuit suę spei. Et demum clypeo tect⁹/ qa ī duritia ꝑtinaci/ ꝑteruis & ꝑcacib⁹ dolis/ frōtē operit. Et his armis fretus: oībus minitās: oēs despiciēs: ipius Philiste⁹ irruit in Israel. At nos in noīe dñi sabaoth/ Dei agminū Israel cui exprobrare maledict⁹ ñ cessat festinātes occurram⁹ ei ex aduerso: manifestū faciētes oī terræ/ qa nō est dñs De⁹ extra Israel/ & ut noscat uniuersa ecclia hæc: qa ñ ī gladio neq̧ ī hasta saluat dñs in cui⁹ manu est oē bellū. Vrgeaẽ igr̄ nūc iā & graui⁹ inuraẽ suis dolis/ & in cōspectu ueritatis reducaẽ in nihilū. Immo sic deniq̧ ad fœdiora maledicta & alia dogmata mōstrosiora euomēda (si q̄ cōtinuit) exciteẽ & cōpellaẽ: ut ipse met ampliore mēsura/ id q̄d uolum⁹/ ꝑstet nobis uel iuitus: ut. s. spōte sua nudatus/ & añ oīum oculos uniuersam animi pestē palā ꝓferēs/ uelut abominatio & anathema pessimū/ putridū fœtēsq̧ mēbrū/ & merito Sathanę traditū/ unanimi cōsēsu a fidelib⁹ oīb⁹ abhorreaẽ ac deuiteẽ. et appeat Dei sūmi ueritas intemerāda. Cui laus & imperium in sęcula. Amen.


¶ Author ad Lectorem.

SCio lector/ scio facile offendi te posse de scriptis nr̄is: siue iniqu⁹ eris siue ęqu⁹ arbiter. neq̧. n. sine errore ullo penit⁹/ me scripsisse cōtēderi. Scit tñ De⁹ quē īuoco/ q̄ nihil aliud/ sua ueritate poti⁹ q̄ siuerim. Scit De⁹/ q̄ nec uolui/ nec uolo: a ut dicere aut dixisse qcq̄: q̄d nō sit ī doctrina sua sanū atq̧ ꝓbatū. De⁹ inq̄ scit/ cordiū oīum ęstimator atq̧ scrutator/ q̄ spōte ac syncere me subiicio nō ecclīæ tm̄ (De cui⁹ iudicio q̄d sentiā/ opinor ꝑspicue satis oñdi) sed citra dr̄iam cuilibet meli⁹ sentiēti. Q̄d si paulo iterdū iratior aut uehemētior in hūc diabolicū uirū cuiq̄ fortassis uidebor. Illud obsecro cogitet q̄sq̄s is est/ cū quo mihi res fuit q̄ pestifero & puerso hoīe. Excōicato. Maledicto Impio. Seductore: tantorūq̧ satore zizanioꝝ & scādali/ in medio tēpli Dei. Pr̄e deniq̧ oīs supbię & arrogātię. An ego cadaueri tā putrido reuerētiā ullā debui? An frustra docuerit me Paul⁹ eiusmodi ꝓphanos hoīes duri⁹ eē icrepādos? An gl̄iosissimi Dñici pr̄is nr̄i neqq̄ eēm fili⁹? q in canis figurā cōtra feras istas bestias/ suę mr̄i est ostēsus? An nō igr̄ oportuit unū ex ei⁹ catellis (q̄q̄ abortiuū/ ut Pauli uerbis utar) me fieri? Alioqn/ qūo de sapiētis cōsilio r̄ndissem stulto iuxta stultitiā suā? Quō si frigidi⁹ eēm locut⁹/ id effecissē ne sibi sapiēs eē uidereẽ? Si nō in loco isup tm̄ illusorē illuderē/ quo pacto os illud ipudētissimū cōfudissem? Ac si nō illū enudassē usq̧ ad pudēda: qūo/ ei⁹ laicis/ ī q̄b⁹ fidit: tātę isanię/ tā uecordis magr̄i patuissēt? Sed q̄d me āpli⁹ excusem? Cū p Dei gr̄am patus sim oīum reū eē accusationū. Mō unā hāc solā & patētissimā ueritatē/ ab animis oīum xp̄ianoꝝ/ uel extorquā. Martinū hęreticū. Martinū schismaticū. Martinū toti⁹ supbiæ & temeritatis principē. Nā ad gloriā oīpotētis Dei & dñi nr̄i IESV CHRISTI ac MARIAE.

Ego frater Ambrosi⁹ in diuina gr̄a & cōspicua ueritate fidēs/ rōnē reddere me offero/ & q̄tum possum obligo/ de oī uerbo q̄d ꝓ xp̄i doctrina in dogmata impiissimi huius uiri locutus sum.

LIBER PRIMVS QVO MARTINI DOLI QVIbus crassum uulgus conat' decipere pspicue manifestant'.

¶ Primus Dolus, in quo mendax, imperitus, pertinax, sibiq; ipsi contrarius, ex suis uerbis facile deprehenditur.



PRimus itaq; dolus/quo ipse primū (ut debuit) merito est cōprehēsus/hic est: in ope qd Leoni Pont. Maxi. inscripsit/his uerbis ptestat'. Primum ptestor me prorsus nihil dicere aut tenere uelle/nisi qd in/& ex sacris lrīs primo/ deīde ecclīasticis pr̄ibus ab ecclesia Ro. receptis hucusq; seruatis/& ex canonibus ac decretalibus Pontificiis habet' & haberi pōt &c. Et paulopost ita subinfert. Hac mea ptestatiōe credo satis manifestum fieri/q errare potero/ sed hæreticus nō ero. O sapientē & in primis uerbis admodū circūspectum hoīem/& de quo recte scriptū est Initiū uerbo⁊ ei⁹ stultitia. Et qūo p hāc tuā ptestationē fit manifestū q errare poteris/sed hæretic⁹ nō eris? Nunqd ne ptestatio? an cordis poti⁹ rectitudo/uēdicat nos ab hæresi? nullus ergo hæretic⁹ unq ita ptestat⁹ est? Quæ lex? q rō? q Theologia tā remota te docuit/ sola ptestatiōe fieri manifestū qd aīo lateat? Nunqd p se idoneū qlibet afferat testimoniū? Si ita sit/iam cuiq; patebit occasio: qcūq; hçresim iure disseminare/& impune religionē eludere/& se a crimine uēdicare/cū ita fuerit ptestatus. Etenim uel tua irrefragabili authoritate/dicet: manifestū est/q & si errauerim hæreticus tn̄ nō fui: qa sum ptestatus. Et Martinus pbat/fieri istiusmodi ptestatione manifestum/neminē talē hæreticum esse posse. At nos Martine lōge alr̄ in nostra Theologia didicim⁹: Etsi Paulini Theologi nō simus sicut tu es. meminim⁹ tn̄ Paulū dicentē. nōnullos esse q uerbo qdē Deum cōfitent'/factis aūt negant. Est & euāgeliū Dei quo accepim⁹. q nō ois q dixerit. Dn̄e dn̄e: sed q fecerit uolūtatem Dei hic pbat'. Vnde docemur neq; sufficere/neq; fieri manifestū nudis uerbis bn̄ dicere & ptestari/nisi illd ope fiat qd dicit' & ptestatione pmittit'. Eadem. n. pdicant (ur ait Grego.) sæpe mali q & boni/uniuersales quasdam iactitantes diu tritas & in confesso receptas ppositiones. Alioquin si statim in ipsis foribus qs delinquat/ & aptam cōtumaciam atq; iniqtatem nullo colore excusare aut simulatiōe obtegere pcuret/quo pacto q so decipiat? Sed diutius pcti̇̄m (oino a fructib⁹ cognoscēdū ut nobis pmisit ueritas) latere nō pōt. Ebulliens. n. atq; sui impotens supbia & insolēs arrogātia/ut aliqn̄ erūpat necesse est. Ecce. n. tu liguo se hō/q solū fidis in uerbis mendacii. Et qcqd uenit in buccā loqris: i primis uerbis dēphensus es. An experimētū q rimus/q hic nou⁹ Paulin⁹ Theolog⁹ loquit' qcqd in buccā uenit? Eqdē putarem hoc sufficere/q asserit fieri ptestatione manifestū/errantē hæreticū non esse. Ve⁊ si hoc nō est satis: ex ore suo deniq; iudicet' seru⁹ neq: & mētiar ego si nō ita scriptū legit' post mīssionem illā egregiā quam ad Magr̄m. S. P. direxit: q ex tpe & ut in buccā uenit cursim/& duobus diebus iustum illud uolumen apologeticum reddēs/ respondit. Quid igit' experimentum quçrimus/an in illo sicut in Paulo loquatur Christus? Quem etiam gloriari non piget. loqui penitus quicqd in buccā uenerit: quasi nō abunde pateret ex dictis suis/nisi etiam proprio testimo

nio idipsum confirmaret. Quid ergo sperandū de hoīe tam ueloce ad loqn-dum? Vidisti (inqt sapiēs) hoiem uelocē ad loquēdum: magis speranda est stultitia q̄ eius correctio. Sed uideamus si Aug. ꝓtestatus sicut tu / eo ꝓcesserit quo tu / ut diceret. illiusmodi ꝓtestatione fieri manifestum / qd tu ais. Minime: sed potius qa uidebat sic fieri manifestum de cordis simplicitate non posse: ad illud tādem cōfugiebat. Senti de Aug. quicqd libet: sola me in oculis Dei cōscia nō accuset. Quo fit / ut nō magn opere miremur. eū q de puritate cōsciæ capere fiduciam non pōt / saltem in mēdacii uerboꝝ effusione confidere. At memineris duo sup te caputq; tuū iminere iudices Martine: Deus

Paul. & homo: Deus autem non irridet: uerba dare Deo impossibile est / homini difficile / nouit ille abscōdita tenebraꝝ & secreta cordis. Iudiciū eius secūdū ueritatē est. Reddet in eo unicuiq; scdm opera sua. Homo aūt interim sola hac ꝓtestatione certus nō fit. Potuisset (fateor) capere cōiecturam: simodo facta uerbis responderēt. At q̄ a contradicūt apte: homo factis fidem habet. Ex qbus in uerbis manifestum agnoscit dolum. Ob eam causam Io. Gerson: Egregius ac prudens Doctor tractatum de ꝓtestatoib⁹ facit (ut ipse testat)

Ioan. Ger. quia hæretici praua mente / sæpe ita ut catholici protestantur: & ideo protestationibus non satisfieri latius ostendit. Non igit tua hac ꝓtestatione Martine secur⁹ es / ēt apud hoiem iudicem. Requirit. n. homo iudex: ut facto uerba firment. Q d si ptinaciter detrectas: si factis in uerba pugnas: qs dubitet / q dolo & mente simulata / es ꝓtestatus? Aut saltem q uana reddita est illa ꝓtestatio quam factis destruxisti? Immo si uerbis etiam contrariis tu ipse cordis ptinaciam manifestissime confiteris: quis nō agnoscat duplicitatē? Quis a mendacio excuset? Quis ab animi obstinatiōe defendat? An nō i eodē ope ad Leonē ubi pœnitens ēt simulatæ hui⁹ modestiæ tuæ. in uerba hæc ꝓtesta-

uerba Mart. tiōi tuæ manifeste cōtraria / erūpis? Sic. n. ibi legit ad lrām. ¶ Et ut aliqñ audax sim. ea q̄ iam dixi ꝓtestor me nō dubitare. Sed parat⁹ sum ignē & mortē suscipere ꝓ illis: & hæreticum asserā oēm qui contra sapuerit. ¶ Quid reqrimus ulterius a ptinace? Quid mauis? Quid manifestius? etiam ignē & mortem sustinere paratus est ꝓ opinionibus suis illis / quas asserit. Quid si hæc e cœlo indubitata reuelatione accepisset? An non modestius esset locutus? Saltem conferri hæc cū ecclia pateret Paulinus Theologus: sicut Paulus Nota uerba modestiæ.

Ad gala. 2. euangeliū suum cōferre non detrectauit. Hereticum asserere uult qcunq; cōtra sapuerit: hæreticū Thomā & Bonauenturā & cæteros oēs quos scholasticos appellat: quiq; eoꝝ sequunt doctrinā / facit: quia cōtra eū (qd & ipse fatet) illo in loco spāliter sapiūt. O linguā ꝑcidēdā. Et quia tota ecclia hoc ipsum sapit (ut ꝓbabimus) tota ecclesia hæretica. O putridū membrū. O adulterum filium. Volum⁹ hoc ēt nobis declarari manifestius? Audiat uniuersa ecclia uerba eiusdem hominis quæ inactis corā Reuerendiss. Cardinale

uerba Mart. S. Sixti Legato Apostolicæ sedis / habitis. ipse idem collegit. Ita. n. ad uerbū legit. ¶ Nūc mi lector tu mihi conueniēdus es. Posteriorē istā respōsionē meam / & si cum multa reuerentia dedi ac ueluti in arbitriū summi Pontificis reposui: non tñ id me fecisse credas / q de re ipsa dubitē: aut animi mei snīam sim unquā mutaturus Veritas diuina ēst / etiam Dñi Papæ. Nō enim iudicium hominis expecto ubi diuinum iudicium cognoui.

¶ Satis ne certi iã sum⁹ quõ ꝓtestationes suas faciat Martinus? Et quantũ ualere eas uelit? & qd intelligat cum reponit in arbitrium summi Põtificis? iudicet ex ore suo/ex uerbis suis. si ꝗs de factis ẽt manifestis dubitarĩ pt. Etenim manifeste ait. Q d qcqd Papa sentiat/mutatur⁹ snĩam ñ est. Et nõ ex eo in ei⁹ arbitriũ cãm cõmittit/qa eius snĩæ stare uelit. At cur cõmittis igr? Cur ꝓtestaris? Ex humilitate inqt: his.n. uerbis ad lrãm hoc excusas: ꝙ ẽt uerissime dicta/oporteat cũ humilitate & timore asserere & tueri. Deo grãs. ꝙ de

Documẽtum Martini.

Paulina tandem ac noua Theologia intelligimus humilitatis uirtutem. quę & in mendacio: & in pertinacia consistit. In mendacio quidem: quia dicit se in arbitrium eius committere / cuius tamẽ arbitrium recusat: sic enim ad uerbum in calce epistolæ: quam ad Papam destinauit legit. Quare beatiss. Pr ꝓstratũ me pedib⁹ tuæ. B. offero cũ oĩbus q̃ sum & habeo. Viuifica/occide/ uoca/& reuoca/approba/& reproba: ut placuerit. Vocẽ tuã/uocẽ xp̃i p̃sidentis in te/& loq̃ntis agnoscam. Quid ergo mõ est snĩam mutaturus nõ sum? Quia ueritatẽ diuinã loquor ais. Et te in hoc iudicẽ cõstituis? Fingam⁹ aũt unũ quẽlibet qui tibi hæretic⁹ uideat/& qui defendẽs suã hæresim ita dicat. Veritas diuina est. An nõ sic semp hæretici defendebãt? Quid ergo supsit catholicis aduersus illũ: si hoc idoneũ sit diffugiũ? Veritas est diuina. An ñ oportet iudicẽ esse in hoc / ut diffiniat utrũ ueritas sit diuina? Quõ igit iudiciũ nõ expectas? Quõ snĩam mutaturus non es? Sed esto. Sit ueritas diuina & agnoueris illam (ut ais) certo certius: quid est ꝙ Papæ nihilominus reuocandi snĩam ꝑmittis/si ueritas est diuina? cur eius auditurum ꝓmittis snĩam & ĩ quocũqȝ placuerit reuocare/parituqȝ uoci eiusdẽ tãq̃ uoci xp̃i? Ecce qa ex humilitate ais: Oportet igit ista rõne ex humilitate mentiri. O capitulum

uerba Mart. (margin)

Documẽtum Martini.

gratiosissimũ. Hoc uero primũ discite ex remotiore hac Theologia uos Martiniani discipuli. Ex humilitate mentiri. In mendacio igit consistit Martini uestri humilitas. In ꝑtinacia uero: quia quodcunqȝ fuerit ꝓnũciatum snĩam mutaturus non est. Exprimat modo aliquis si ualeat/& coloribus magis ꝓprius pertinacem depingat. Nos enim in nostra Theologia nesciremus alr pertinacẽ maximũ exprimere/q̃ eum q nunq̃ mutaturus est snĩam. Et insup sit paratus ꝓ sua opinione tuenda (etiã quã reposuit in arbitriũ Apostolicæ sedis) & ignem/& mortem suscipere. Sed uolumus etiã ut iterũ atqȝ iterum secum pugnet Martinus? Age postq̃ tam opportune nobis seruit. Eho ꝓcede huc iterum Martine/& dicito nobis. Quid tu ais ꝓxime in eisdem actis/ post p̃dicta uerba in qbus te/de ꝑtinacia & mẽdacio cõuicimus? Et (qd ma

Supbius. Noua uerbum.

gis mirandũ est) non oĩo sex interpositis lineis: Verba hæc tua sunt.

¶ Nam si supbi⁹ uoluissem agere/nõ potuissem ad unũ uerbũ cogi: cũ tota disputatio iam sit dedicata/& oblata Põtifici. Ita ut ad me ãpli⁹ nihil ꝑtineat nisi expectare snĩam. Et in ep̃la ad eundẽ Reuerẽ. Legatũ hæc uerba legũt

uerba Mart. (margin)

¶ Primũ/ꝙ mihi nõ uideat necessaria appellatio: cũ ego (ut dixi) oĩa ĩ iudiciũ ecclĩæ retulerim/& ñ nisi ei⁹ sciam expectẽ. Quid.n. ultra facere debeo aut possum? Neqȝ.n. me reo /aut rñsore opus est: q non qd ego dixi. sed qd ecclesia dictura sit attendo: nec aduersarius contendere: sed discipulus audire uolo. ¶ An nõ seruit nobis ex sentẽtia Martinus ut uolumus? ut ipse sibi contrarius seipsum expugnet? Cum enim superius dixerit / ꝙ iudicium

hominis non expectat/quia certus est de iudicio Dei:& q animi sniam unquam mutaturus nō est/qa ueritas diuina est mox uero sup eodē penitus loquens ait: q tota disputatio dedicata est & oblata Pontifici/& q ad se nihil amplius pertinet nisi expectare sniam. O infœlix Martine: ut uera sæpe (q̄q̄ imprudēs) loqueris. De ueritate.n.diuina nihil ad te qdē ptinet. Sed ut iterū recū pugnes: obsecro te/scis ne esse ueritatē diuinā? an non scis? scio inqs. An falli nō potes? oportet ut & hoc tibi arroges/q humano iudicio ñ te submittas. At qūo tñ dicis in eisdem actis contrariū? his penitus uerbis. ¶ Nihilominus tamen homo sum/potens errare: submisi me/ & etiā nunc submitto/iudicio & determinatiōi legitimæ. S. ecclīæ/& oibus melius sentiētibus. ¶ Vnus igr ex his uerbis Martin⁹ errare pōt: & tñ idē aliusq; Martin⁹ errare non potest. Vnus Martin⁹ subiicit se iudicio Pont. Idem tñ atq; alius Martinus non uult iudicium hoīs ullum expectare: Vnus Martin⁹ nō attēdit qd ipse dixit: sed qd ecclīa dictura est. Idem tñ atq; alius simul Martinus ita attēdit ad dicta sua q̄ sunt ueritas diuina (& si remiserit illa in arbitrium ecclesiæ) ut nō attēdat amplius/qd dictura sit ecclesia. Eia Paulinū Theologū Quid his dictis pugnātius? Quō nō aduertisti infœlix/q oportebat mēdacē: & multo magis aio pturbatū: esse memorē? Excusa hæc si potes Martine: defende si potes: ut iā corā discipulis/& q te sequunt: in primis his uerbis tuis nō erubescas, si rē nimis manifestam uelint iusto iudicio cōsiderare. Hæc aūt idcirco latius sum psecutus q̄ rei euidētia postulabat. Quia non nulli imperiti parū inrerne pspiciētes/iure satisfactū in humano iudicio arbitrant: ne quis hæresis crimine teneat: qñcunq; sic fuerit ptestatus: Q d cū falsum sit: & absurdum: & in proposito q̄ latissime pateat: satis consequi hoc manifesto primo dolo mihi uidebor: si beniuolentiam ad dolos reliquos capiendos/qui ueritatis amatores esse uolueriut/ non negabunt. Hactenus enim nihil est ad ea quæ sequunt.

Martinus cōtra Martinū.

uerba Mart.

Martinus cōtra Martinū.

¶ Secundus dolus, quo manifeste dephēdit ipsum non uerum, sed uanitatis & Diaboli, concilium appellasse, idq; ex uerbis suis.

Secundus dolus: primo proximus sed facilis ut spectetur ab omnibus/q tandem conscientia ppria iudicatus non solum de ueritate/ sed ēt de salute desperans: ad extrema pperans/& ante tempus formidans: ante iudiciū/de iudicio (qd in conscia psenserat) conqueri cœpit. Et hoc est/ q ita pmature ad cōcilium puocauit. Et hunc odorem diu antea nobis sparsit. Sed anteq̄ de hoc ullum uerbum faxim: testem mihi inuoco dñm IESVM. qui plane nouit: q̄to desiderem desiderio omnem meliorem suæ ecclesiæ statum/qualibet illi uia meliore comparandum. Nunc aūt ad te me uerto Martine. An putas non intelligi/qd sit istis tpibus: clamitare cōcilium: concilium? Putas nō cōprehēdi/in ore tuo & tui similiū: uocem hanc. Cōciliū/suā mutare significationem? & nihil aliud in auribus uere prudentum sonare conciliū conciliū: nisi schisma schisma: scissuram scissuram: inuidiam atq; bellum? Mentiar/si non tu hoc ipsum manifeste pdis. Age pcede huc: & cogēte ueritate pugna tecū iam. Et dic uer nobis Martine/ uel iuitus Sperasne tu bonū conciliū his tpibus Minime inqs: cū tu piū dolorē simulans

Haec ad te ptinet Martine. & de cōcilio bono diſperans/ſic ais. ¶ Et iterū uides q̄ta ſit neceſſitas legitimi & uniuerſalis cōcilii. Sed timeo nr̄m ſclm non ſit dignum donari nobis tale/ ſed potius ut operationibus erroris illudamur/ ſicut meruimus. ¶ Iā certū eſt igiṫ/ꝙ bonū conciliū nō ſperas/& tn̄ ad futuꝝ ꝓuocas. ad qd igiṫ? Ad illud qd nō ſpas? Stulta ꝓuocatio: Preſertim ꝙ tāta ꝓteſtatione pollicearis te cauſam ibi tuā ꝓſecutuꝝ/& alia facturū/maria & mōtes. Cū igiṫ ad cōcilium ꝓuoces qd ſperas/& bonū nō ſperes: iam in neceſſaria cōſequētia cōprehēdit te Thomiſta: ꝙ uel ad malū conciliū ꝓuocas: uel n̄ cauſę deciſionē ſed ſeditionē & fauorē ſeditioſoꝝ/& lōgiorē pc̄tōꝝ īpunitatē tibi cōparare/ ſub colore iſto cōcilii ſtuduiſti. Vę. n. tibi ac tui ſilibus/ ſi quale p̄dicas cogeret aliqn̄ cōciliū. Crede mihi n̄ ita dilatares os tuū. Scriptū ē. n. Excelſa ſtulto ſapia in porta nō apiet os ſuū. Quāq̄ mea qualicūq; prudentia/ tuam tibi forte indicās audacter ꝓnuncio. Nō poſſet tā peſſimū cogi cōciliabulū qd tantā tam inſignē ualeret arrogantiā ſubſtinere. Supbi ſupbos nō ſubſtinēt Et ſi qd ulterius audire potes. Freqūēs apud nos eſt ꝓuerbiū. Stulti atq; audaces prudētiorib⁹ regnū acqrūt. Satis eſt. Opinor intelligis q̄ dico. An nō ergo iā ꝑſpicua dialectica ꝓbaui: ꝙ tu non q̄ris bonū conciliū? Dic nūc rogo: in q̄ peccat figura argm̄? Age ſi uim hui⁹ cōſeq̄ntiæ tui laici n̄ ſentiūt: ad ſenſum ēt aſinoꝝ apiam⁹ hæc/de aliis uerbis tuis. O bone deus/ut nō parceris qn a fructibus eoꝝ noſcam⁹ illos. Malus. n. de malo theſauro ſuo qd nā aliud ꝓferat niſi mala? Ecce quale & deſideras & expectas Martine cōciliū. Nēpe. quale publice his ānis ꝓximis cōdēnatū eſt: qd/uel ipſi authores ſclę uoce publica ī media totius orbis corona dānātes reprobarūt. Cui in cōſpectu mūdi renūciarūt: Q d nō niſi Dei miraculo q ſtetit(oium bonoꝝ iudicio ꝑ cā ſua)diſſipatū eſt. Contra qd Impator tandē(ille cui nōnūq̄ & tu blādiris)& aīum: & arma uertit Q d abhominata ē Germania Quod xp̄ianiſſima Gallia & ipſe Galloꝝ Rex/impiū/ꝓphanū & maledictū una uoce ac publicis litteris & teſtimonio/ deniq; agnouerūt: Quod cœlum/& terra improbare & deteſtari uiſa eſt. Tale tamen deſideras Martine conciliū tuis uerbis. Quāto zelo plenis? Cur. n. ego non audacter uera loquor ꝓ xp̄o: ſicut iſte tam ardenter cōtra xp̄m? Quid īuidiā & ſimultatē timeā malignoꝝ? Cum iā cupiam cū Paulo aliqn̄ poſſe dicere/ſi adhuc hoibus placerē/xp̄i ſeruus non eſſem/cum ꝑſertim nos doceat glorioſiſſimū uerbū Magiſter. Ne metuam⁹ eos q aliqn̄ corpus fortaſſe poſſent occidere. ſed ꝑinde functi eſſent officio furoris ſui. Sic ergo uir iſte zelator ſingularis dom⁹ Dei ad uerbū ſcribit.

Modeſtia Martini ¶ Non hæc dico/aut ago ꝙ tam impudēter atrogans ſim: ut me īter doctos ſanctæ eccl'iæ numerandū putē/multo minus inter eos quoꝝ hæc ſit ſtatuere/aut deſtituere. Atq; utinā nouiſſimū mercar eccleſiæ membrū fieri aliqn̄, (uerba Mart.) Sed id potius ago cum ſint in eccleſia pariter doctiſſ. & ſanctiſſ. uiri. Ea tamen eſt noſtri ſæculi infœlicitas: ut etiam tanti non poſſint eccleſię ſuccurrere. Quid enim potuerit hodie doctrina/& pius zelus ſatis ꝓbauit infœlix euentus eoꝝ doctiſſ. & ſciſſ. uiroꝝ/q ſub Iulio ſcdo ſtuduerūt reformare eccl'iam/īſtituto ad hāc neceſſitatē cōcilio Sunt & alii paſſim(quos noui) optimi & eruditi Pōtifices: Sed exēplū paucoꝝ īponit ſilentiū plurimis. Eſt enim tp̄s peſſimū (ut ait Amos ꝓpheta) ideo prudens in illo tp̄e tacebit.

Notate uerba ſignate myſteria.

uerba Mart. (beside line 2)

Hæc a d

Hæc ad uerbum Martinus. Et nesciebat q̃ hæc uerba subiicienda erant trutinæ cuiusdam Thomistæ: O/si scisset Martinus q̃ Thomista quidam omnium minimus: redacturus esset hæc uerba ad examen: & exacturus rationem usq; ad minimum quadrantem: O/si potuisset suspicari q̃ Thomista omnium inquam frigidissimus: & illorum qui mendicantium regulam seruant (Quos magis ille odio habet: quia scilicet magis Christi amplexi sunt paupertatem): Annotaturus esset uerba omnia: & signaturus mysteria: & presertim tam diligenter: Quale cor/qualẽ stomachum fecisset? Quantum interius æstum: ac sudorem? aut quantam illi bilem commouisset? Quam amaram? Sed oportet te Calicem hunc bibere Martine/& tibi imputa: qui tam stulte & effuse & maligne locutus es: ut non sit pene uerbum: quod nõ se offerat multa reprehensione dignum: & animaduersione: in quo uel teipsum testem/ si non nimium tibi tua mentiatur iniquitas: ac facile produxerim. Primum enim mitto q̃ tam submisse/& humiliter te geris: Quo modestiam animi tui facilius probaremus/quam & in margine pro tua ipsa eadem modestia: & hoc in loco: ut in aliis multis: annotari facile pateris: uel etiam (quod probabilius existimo) de industria operam das: Nam & in responsione ad M.S.P. & in eodem prorsus margine: ubi legitur/Modestia Lutheri: Continuo una tantum interposita: linea subscriptum iussu tuo Thomæ temeritas: in omnium oculis obuersatur: ut.s. ex ista optima consonantia modestiam illam tuam facilius reciperemus: O quam egregie consonant hęc & iuxta se posita q̃ clare elucescunt/in eodẽ prorsus margine ut legantur: o q̃ oportune & signanter: Duo hæc/uere spãli nota digna: Primũ Modestia Lutheri: & statim secundum Thomæ temeritas: quasi dicat ut aperte declaremus: more Thomistarum omnia/Si non credis quia Martinus sit homo modestissimus. Quo facile credas transi duas lineas: & lege & intellige q̃ beatum Thomam uitio temeritatis incusat: Nam quomodo aliter se modestum probare potuisset? nisi simul & Diuum Thomam temerarium appellasset? Quippe tam uerum illud est, Thomam temerarium: q̃ uerum hoc/Modestum Lutherum. Quãquam hoc in loco/de quo agimus, alia ratione moueris: ut suadeas istam hanc/quam totiens exprobando inculcas modestiam tuam: Sicut enim latrones solent probare iustitiam suã: & se iustos arbitrari tunc maxime/ubi non crassantur maxime: ita tu maxime tibimet ac tuis modestissimus uideris: cũ non impudenter es arrogans: & cum non maxime mordes. Bene ergo res habet/multa noua continue discere licet ex remotiore hac Theologia. Iã supra didicimus humilitatis uirtutẽ in mendacio & pertinacia consistere: nunc, Modestiam in eo qui impudenter arrogans non sit: Si igitur ita nobis definiat uirtutes Martinus: fortasse adducet nos/ut fateamur illum uirtutibus plenum. Sequeris deinde: & p̄ tua ingenuitate fateris q̃ tu minor es: multis quoq; in ecclesia Dei est nota & conspicua doctrina: uis ut uerũ dicã? Et si p̄culdubio te nolle sciã. Dicã tñ/magnũ tibi lucrũ si ita ex corde crederes: ut ore p̄fiteris/p̄fecto nõ cõmoueres tantas turbas: Nõ.n. (ut inquit Hiero.) parũ est id scire qđ nescias: At nos Thomistæ cũ ecõtra ex te ipso audimus, Doceat me q pót. Et

Cur oderit mendicantes. Martinus.

Examinãt superiora uerba: & iniquitũ plena docentur.

Apostillæ in libro Martini.

Modestia Martini.

Thomæ temeritas.

Probatio irrefragabilis Martini pro modestia sua

Quõ probat Martinus modestiam suã.

Hier.

quicunq; aduerfus te fenferit/eum effe hæreticum : & alia eiufmodi & paffim maiora : quæ nobis cornua altiora capitis tui oftendunt : non facile his oblatis nobis & inculcatis totiens modeftiis perfuademur/ pręfertim cũ totis uiribus his uerbis facta diffideant. Vtcunq; fit : Hæc uera effet morbi tui medicina : Crede mihi : hoc enim unicum malum tuum : Quod Hieremiæ uerbis fraterna correctione fimpliciter tibi fuggeram: Arrogantia tua decæpit te:& fupbia cordis tui: Sed Chriftum habes & Euangeliũ: Inde tibi facile potes:fi uelis:tu ipfe profpicere: Ego autem ad locum unde difceffi reuocor. Sequeris enim. Atq; utinam nouiffimum merear Ecclefię membrum fieri aliquando. Quid eft hoc Martine quod ais? Vtinã merear fieri in ecclefia Dei nouiffimum membrum: An non oportune etiam ftulti interdum loquũtur? An nõ ueritas fæpe excidit uel ab imprudente atq; inuito? Quomodo enim èxpreffius potuit confiteri Martinus/fe effe anathema/& præcifum ab ecclefia Dei? Verba enim ifta ad eum tantifpet pertinere uidentur qui membrum Ecclefiæ non fit: Qui enim alioqui membrũ ecclefiæ fuerit non habet opus/ut defideret fieri membrum eius nouiffimũ; cum fi fit membrum/uel fit iam nouiffimum/& ita fuperuacuũ ei fit defiderate id fieri quod iam eft/uel fit fupra nouiffimum: & ita ftultum fit defiderium quo minus fieri uelit q̃ fit: Vide igitur quid facis dum conaris humilis uideri & modeftus:quod non es:ftultũ/te oftendis/quod es: At forfan per nouiffimũ membrum itelliget : quod Dñs intellexit per minimum/illud.f. quod omnino ab omni excludendũ fit ecclefiã & regno Dei: Sed audi amicum Martine:non eft q̃ tantopere hoc defideres ut minimus in Ecclefia & Regno Dei fias:Libero te ego ifta cura/Ifto te dubio abfoluo: imo potius peccatum tuum te abfoluit: Nam uerbum Dei (fiquid ei credis) id quod te optare dicis/proculdubio:quafi debitũ peccato tuo:omnino futurum/enũtiat:ut fcilicet nouiffimus: ideft minimus/fias:fic enim ueritas ore proprio locuta eft. Qui foluerit unum de mandatis iftis minimis & docuerit fic homines/minimus uocabitur in regno Cœlorum. Perge igitur/& fac quod facis & noli dubitare fore te aliquando nouiffimum ac minimum: ideft ficut nunc humana:ita & mox diuina fententia penitus excludendum/ab Ecclefia & Regno Dei. Subinfers/q̃ cũ fint in Ecclefia Dei tot & tanti Sanctiff. & Doctiff. uiri. Ea tamen eft fæculi noftri infœlicitas:ut ecclefiæ fuccurrere cum uelint non poffint. Quid eft igitur q̃ tu folus omnium minimus:ut tu ipfe profiteris:hoc tentas? Si enim Sanctiffimi nequeunt fuccurrere:cum tamen uelint:quid eft illud qđ tu nouiffimus fperas? nifi quod perditiffimi & fceleratiffimi poffent deftruere? Sed nos fidim⁹ in Chrifti uerbis:in fundamento fancto quod pofuit:quod carnis & fanguinis ptãti nõ fubiicit aduerfus illud præualere/nec ipfæ inferi portæ poffunt: Nihil agitis nequiffimi hominum:immo hoc tãtum agitis ut pereatis tanq̃ iniquitatis filii cum patre ueftro Diabolo: Stat Chriftus pro nobis/uigilat chriftus paftor bonus:& metuemus a lupis? Increpauit nos uelut modicæ fidei : quia ipfe eft q imperat uentis/& mari/ & fedat a nauicula tempeftates: & timebimus a uento hoc iniquiffimo doctrinæ Martini? & a iactatis fæculariũ procellis?

Paffim.n per oẽs ei⁹ libros legit adnotatũ. Modeftia Lutheri.

Hiere.

Morbus propri⁹ Martini.

Stulti oportuna loquũtur interdum.

Veritas ab imprudẽte & inuito fæpe excidit.

Verba Martini probant neceffario eũ eẽ extra ecclefiã Dei, tam cõfiderate loq̃t.

Matt. 5.

Matt. 5.

Audet Martinus cũ fit minimus fuo iudicio: id tñ agere: qđ Sanctiffimi & doctiffimi (ut iq̃t) pftare nõ põt. Signa myfterium.

Matt. xvi.

Io x.

Matt. xiiii.

aut quorumcunq; tempestatibus: quibus submergere hanc nauim audacissimus putat? Non sic abibit uestra res Martine/ nō sic: sed tāquam puluis quem proiicit uētus a facie terræ: At iam peruenimus quo uolebam: uideamus enim obsecro quæ sequūtur/ in quibus reuocare mortua/ & iam extincta/ arte sua/ quasi magica/ & oēm iniquitatem suscitare quātū pōt: Conat.

Quid poterit (inquit) hodie doctrina & pius zelus satis probauit infœlix euētus eorum Doctiss. & Sanctiss. uiroꝝ q sub Iulio secundo studuerunt reformare ecclesiam instituto ad hanc necessitatem concilio. Hem gratias gratias ago Deo meo: q̄ tādem ex fetidissimo eorum ore intelligimus: Quæ nam sit hæreticorum Doctrina: & Zelus pius: O discipuli Martiniani/ Audite zelum Magistri uestri/ attendite doctrinam. Declarat enim hoc in loco Martinus apertissime: & hic totam suam Paulinam Theologiā opinor libenter effusurus est: Doctrina ergo sua non alia est: q̄ quæ semper hæreticorum/ & schismaticorum fuit: uidelicet. Qua scissuræ parantur & suscitantur conciliabula/ uanorum atq; impioꝝ/ malignantium & iniquorū hominum. De quibus ait Dn̄s: Non sedi cū concilio uanitatis: & cū iniqua gerentibus non introibo: Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo. Cur enim sedeat/ si ibi membra insanissima eriguntur aduersus caput? Hæc est igitur doctrina ista noua Martiniana: Zelus autem est/ atq; tunc admodum pius: & in quo maxime se obsequiū præstare Deo arbitratur: Cum ad arma curritur secularia/ cum bella inter christianos incenduntur: cum ambitur omni uia pessima/ Pōtificium solium/ cum unitas religionis scinditur/ cum oues exturbantur ab ouili suo/ & aberrantes in cunctis montibus mactātur/ & perdunt. Iam ne igit certi sumus de uerbis suis q̄ hæc est Luteri doctrina? & q̄ hic ille zelus pius: & huc tendunt lachrymæ oēs & oīs misericordia? Age si neget Martinus: si mutire ausit: contra ea q̄ locutus sum/ puoco illū ad eos quos ipse quoq; appellat Sāctiss. & doctiss. uiros: & eorum iudicio penitus causam cōmitto: Rogemus ergo illos: imo ex eorum publicis testimoniis iudicemus rem: An nō illos ipsos nostris uidimus oculis/ id factum: quod tu pessime laudas: toto spectante orbe/ uoce publica improbantes/ detestantesq;: & condemnantes? nonne supplicationes humillimas/ ac deuotissimas facientes? non ueniam flexis genibus flagitantes errati sui/ auribus nostris uniuerso orbe teste audiuimus? Et quomodo igitur tu unus miser ausus es in eo laudare illos: in quo maxime uituperium etiā sponte sua agnouerunt/ & confessi sunt? Et de quo penitus laudari nolunt? An non alias multas laudandi occasiōes de eorum uirtutibus accipe poteras? Sed noluisti. credo/ ut intelligeremus: uoto aliquo te alligatum: ut nunquam uere/ sicut oportet: Benedicas/ nūquam uere quenquam laudes: Si tunc maxime cum laudas uituperas maxime: & cum plurima laudanda possunt occurrere: id eligis ut laudes q̄d uituperio est dignissimum: An nō tu puersus hō es? Vide quantū ego ista cā abste differo/ & qs nr̄m eos laude maiori psequat. Cū. n. duo illoꝝ nobis facinora occurrāt: alterū uituperio dignū: alterū summa laude: Peccatum scilicet & peccati recognitio. Tu q̄dē de peccato & schismate laudē & gloriā eis tribuis: Ego uero q̄ recognouerunt peccatū & q̄ ab eo tandē destiterūt cōmendo. Vide igit qs

Verba Martini pro Concilio Pisano.

Examinātur uerba Martini sup Pisano Concilio.

Qualis sit doctrina Martini de uerbis suis.

Qualis sit zelus pius Martini.

Probatio superiorū quæ os Martini ol no claudetqa aufert ei oēm rīsionem.

Laudās Martinus uituperat. Quid igitur agat uituperans?

Martini Rethorica.

etiã uituperet magis tu an ego? Si enim probas quod faciebant ueluti egregium & pium facinus & zelo Dei plenum: nõ intelligis cordate Rhetor? ꝙ necesse est/longe magis ut uituperes: ꝙ ab eo tam egregio tamq; pio facto destiterunt? & ꝙ rem tam dignã tamq; laudabilem/indignã uoce puplica & uituperabilem sunt professi? atq; adeo nunc profitentur? Quomodo ergo nõ meministi tam diligens scripturarũ tractator Prophetam dicentem? Ve qui dicunt bonum malum & malum bonum. Et q̃uo etiã non puduit hominum qui uiuunt audacissime? eius rei nomine illos laudare/ qui eiusdem se reos propria/atq; omnibus temporibus memoranda sentẽtia iudicauerunt: & damnauerũt. Vt merito non solũ laudes istas tuas nõ agnoscãt: uerum etiam iure in te reiiciant pro uituperio tuo/postq̃ tam bene dixisti maledice homo ac tam docte benedicere: ut maxime tunc etiam maledicas/cum benedicere conaris maxime: Quanto igitur melius ego/& dignius illos laudo/qui cum me coegeris ad pessimi facti memoriã & detestationem: id tamen magis ut laudarem prosecutus sum: ꝙ aliquando destiterunt a malo: ꝙ recognouerunt/ꝙ cum omnem paternam substãtiam amisissent/E lõg inquo tandem ad patrẽ reuersi / pacem & ueniam postularũt: Cui tanq̃ Pio patri pro peccato magno paululum supplicii satis fuit: & eis gratiam atq; gloriam facile & de propria benignitate restituit: Quanto etiã tu melius Martine (ut Diui Ambrosii uerbis te urgeam) si hos uiros doctiss. & sanctissimos quos sequeris errantes: seq̃reris emendantes: & sese deniq; corrigẽtes: quod quanto magis gauderem si faceres: tanto id spero minus/ Nam & prædictis non contentus etiam subinfers.

Esa:

Benedicens. Maledic Martin. Quid ergo agat maledicens?

Ambro. i theodosiũ uerba Martini.

Sunt & alii passim quos noui optimi & eruditi Põtifices &c. Profecto scrupulum iniicis mihi & uereor ne uerum dicas/homo raro uerax. Miror enim ꝙ alii sint: & ꝙ optimi sint: & ꝙ Pontifices sint: nisi forsan candidati: & in futuro illo tuo promouendi atq; induendi concilio/Miror inquam ꝙ ulli sint qui talia uel somniare ualeant: nisi ꝙ tu affirmas te illos nouisse: Facile enim sese noscunt inter se seditiosi & factiosi. Attamen dubito ne tu hæc in gloriam tuam ac fauorem tuo astu fingas: quasi aliqui sint aliqua in potestate constituti/quibus tua hæc placeat scindens unionem doctrina & zelus domus Diaboli. Qui te nunc urit/& paulopost: Crede mihi: incendet etiam longe magis. Et forsan ita est/uti narras: sicut enim nil boni de te mihi polliceri possum: Ita neq; quidem de mundo. Legimus enim oportet hæreses esse: sed nos in eo quod sequitur recreamur: & quod ex tanto malo bonum elicit Deus solatur nos: uidelicet. Quia manifesti fient: qui probati sunt: & consequenter manifesti qui reprobi fuerint: sic enim & idem scribit. Insipientia eorum manifesta erit omnibus: sicut eorum fuit: qui restiterunt Moysi Iamnes & Mambres: Legimus etiam Ve mundo a scandalis: sed uerbum quod sequitur nos docet: Vos autem saltem Iudæ laqueus doceat: ꝙ ue illi per quem uenerint scandala: Aperiant ergo aures quicũq; sunt isti Pontifices tui. Quos ais (si qui tamen sunt) Dominus ait: & Magister: æterna ueritas: Ve illis per quos scandala uenerint: O Martine putas nos de tuis uerbis technas tuas non intelligere? Existimas/ꝙ siue sint; siue non sint: Quos tu etiam & nouisse dicis: non tamen intelli-

Pa. ad corin. xi

z. Ad Th. 3.

Matt. xviii.

Qui hẽt aures audiendi audiat.

gamus quæ tu cogitas? & quæ per huiusmodi dolosa uerba moliaris? Nam quid aliud nisi ut animes eos qui sunt? (Si qui sunt) Et alios qui nõ essent una opera simul excites? ac si apertissime ita dicas: si ego minimus: qui incę pi: qui uiam aperui uobis nihil timeo: qd ergo paucorũ exẽplo siletis? qd paucorum exemplo trepidãdum est uobis? An non iniquissimis his uerbis tuis: hoc idem prædicas? Quod alias manifestius? Cum inquis

Quid intendat Martin⁹.

Via nobis facta est enarrandi authoritatem conciliorum & libere contradicendi eorum gestis: & iudicandi eorum decreta: & confidenter confitendi quicquid uerũ uidetur siue probatum fuerit: siue reprobatũ a quocunq; concilio. Vide ergo ut tecum tam cõsonanter cõcordans: ꝓbas interpretatiõnẽ meam? Et ita tanq̃ uir Belial. Clamãs buccina oẽs seditiosos inuitas dicens: Nõ est nobis pars neq; hæreditas in Dauid: itaq; reuertere separare Israel. Quid.n. paucoꝝ exẽplo timendum est? Si uia facta est nobis? Et si male illis successerit: at non sic nobis: paucoꝝ exẽplis experientia nõ perficitur: Et hic opinor libẽter Aristotelẽ ꝓ tua adduci sñia patereris: q unius floris ortu: aut hirũdinis unius aduentu: nõ satis probatur aduentus ueris. Sed utinã scires quã uiam tibi aperuisti Martine: & aliis qui te sequuntur: hæc uia nimirũ est: q̃ recta te ꝑcipit ẽ ad inferos agit: Sed iã mortuo ẽt uiua uerba mortua sunt: Igit̃ ut seq̃r exponere qd superest: Seq̃ris.

2 Regum 20.

Martini Capitanei uerba adhortãtia suos milites ad ardua: idest unde facile arfuri sint saltẽ apud inferos.

Iã mortuo uiua uerba mortua sunt.

Est.n. tps pessimũ: ut ait Amos ꝑpheta: Ideo prudẽs in illo tpe tacebit. Atq; ita ne aperte pestiferum aperires consilium: & una opera adulareris cõplicibus tui criminis: taciturnitatẽ eoꝝ Prophetæ authoritate uerbotenus laudas: at facto ipso magis uituperas: cũ.n. fatearis uerbo: prudentiam esse his temporibus silere: & tu facto tamen contrarium agas: & nihil minus facias q̃ sileas: non uides Rhetor somniculose: non uides q uel imprudentiã tuã facis manifestã: uel uerba illa tua eo quo dixi sunt intellectu recipiẽda: q scilicet multo magis eos ad machinãdũ sollicitas: q̃ de prudẽti silẽtio laudes. Sed nihil agis Martine: imo hoc unũ agis: ut cõfundaris & pereas: tu cũ tuis oibus: qd.n. in scelus te præcipitem agit magis retrahere deberet: & cohibere. Non.n. sunt pauca: ut ais: neq; paucoꝝ: sed nimis multa & ualde multorum exempla: quæ infœlicem nobis exitum eorum declararunt: qui contra hanc firmissimam sedem extulerunt caput: & ceruicem petra durissima confringendam. Petra enim Christus est. An non recipis Christũ dicentem? Omnis qui ceciderit super istum lapidẽ cõquassabitur. Super quẽ autem ceciderit cõminuet illum: aut si christi uerbum non recipis: saltẽ collige ueteres historias: postq̃ omnia scire prætefers: & numera si potes: exẽplum: uel unum: fœlicis exitus: eoꝝ qui simile ausi unq̃ fuerunt: poteris autem bene econuerso reperire propemodum innumera eorum qui talia audentes Dei uiuentis miraculo: infœlicissime occiderunt: Quare postq̃ nulla honesti ratione tangeris: at pœnæ saltem formidine retraharis: nam multo congruentius q̃ Cicero in Antonium: eisdẽ te uerbis & urgere & admonere possum: Ita uere dicens: Te miror Martine: quorum facta imiterẽ eorum exitus nõ perhorrescere: Sed iam hactenus quo ad hunc dolũ attinet: nam alii ita certatim me uocãt: ut quẽ prius quem posterius capiã nõ satis sciam: Oẽs enim digni pariter sunt ut ab omnibus intelligantur.

Quod uerbo laudat Martinus facto ipso non probat.

Exitus infœlices oium qui contra ecclesiã erexerunt cornua.

Tertius dolus maxime ex præcepto Christi aduertendus: nã & alias seducti in eo plurimi abberrarunt a fide. Quo magis requirenda est Prudentia & Sapientia Dei: & non hominum ac Mundana qua pleriq; in proposito fallunt.

Tertius igitur dolus est: ad quẽ respiciẽdum omnes inuito: Non enim parui erroris occasio semp fuit: Hic enim uir diabolicus (oportet nudare omnia) hominũ mores & eorum maxime qui ecclesiæ ab hinc multos annos pręfuerunt: oculo falsæ iustitiæ quæ: ut ait Greg. a misericordia disiungitur: greg. i cati.
respectans: arbitratus commodum tempus: cum assensu & plausu stultorum: dignitatem Apostolicam: & maiestatem contemnere: & ita aduersus eam insanã efferre impune ceruicem: & quãcũq; pestem falsi Dogmatis interserere: fœlicissimam ratus occasionem: meditatus iniquitatem in cubili suo non dubitauit assistere omni uię non bonæ. Hæc est proculdubio uersutia Diaboli: ut eiusmodi temporum conditiones diligenter obseruans oportune excitet uanos homines: atq; huic omnino simillimos: incastigatos: & elatos corde: indociles mente: incircuncisos labiis: atq; linguę maledicentia fretos: ad gloriam hominum misere ac uehementer auidos: & aptam materiam proponat: populis diu placitam: super qua noxia sua mendacia efficacius astruant: & corda simpliciora seducant: & christianam totam Rẽpub. conturbent: Dum in primis ipsum caput petunt & omnem sacerdotum potestatem diuinitus relictam in terris: prætextu culpatę uitę: euertere moliũtur. Sed diu est Diabole nequã diu inquam est q; cognita est: A bonis hæc tua ratio perniciosa: Dei gratia est q; quomodo ea componas: & quomodo dogmatizes iam facile intelligimus. Sæpe enim te zelantis figuram induentẽ: & in uoce Iacob & manibus Esau: idest in prauis operibus: & uerbis iustitiam prætendentibus: ad hunc modũ Sillocizantem & in putridis tuis mẽbris exclamantem: audimus. O tempora: o mores: o potestatẽ tyrãnicam: uiolentam: nõ ferendã diutius: Hęccine uita Euãgelica? Hiccine mores? Vbi litteratus? Vbi scriba? Omne caput languidum: Omne cor mœrens: O Superbiæ templũ: O Auaritiæ fornacem: O Luxuriæ sentinã: O Gulæ profluuium: Ita ne putandum uelle Deum domũ suam: quam tanta charitate: tanto sanguine: tot uiuis lapidibus fundauit: sacrauit: erexit: Iam nunc conspici Speluncam latronum? Vbi pietas: ubi lex? An non est stolidum atq; asininum crudelitatẽ tam insignem: ulterius: & tantam mox peruersitatẽ sustinere? quomodo putamus ex Deo prouenire: tam latam (sicut adulatores finxere & ipsi tyrannica sibi uendicant uiolentia) tam superbam ptãtem? Num deus Author malorum? Cõsulite Paulũ pusilli: Scrutamini scripturas in quibus putatis uitam habere: & inuenietis q; Deus malorum author nõ ẽst: & q; hæc sunt inuenta hominũ: Quõ ergo nõ sit ei resistendũ in faciẽ? ne diutius sub terrificis huius ptãtis minis (tanq̃ si in eorũ uerbo ãĩas in tartara utcũq; proiiciendi sit positũ) liceat illis p̱ sua libidine in xp̃ianæ libertatis fauorẽ: latius debacchari: & onera ĩponere importabilia: Quæ ne illi digito qdẽm mouere uolunt. Hæc & hmõi multa malignat̃ inimicus in sancto: Ha puerse Sathana: Siccine in Angelũ lucis te trãsfiguras? Tu te audes collocaf a dextris Iesu Magni sacerdotis ut aduerseris ei?

Conditio tẽpoꝶ ad schismata obseruatur a Diabolo. Ps. 35

Conditio hominum q excitant contra ecclesiam.

Materia apta ad persuadẽdum quamuis mẽdacia.

Verba diaboli dogmatizãtis cõtra christos Domini.

Verba ex Zach. Propheta contra diabolum.

Sed increpet in te dñs Sathan: Increpet dñs in te qui elegit Hyerusalē & appareat cauteriata cōsciētia tua i facie pietatis: O cōfusor ueritatū oium: Nō licebit tibi: non licebit inquā: Veritatē ptātis ex morum prauitate destruere. Memento Diabole q̄a frustra aliq̄n hoc idē conatus es & destitisti uictus: & si enim: maxime hos quos prædicas & detestaris mores: & qui tibi maxime placent: ut libet: confiteamur: de quo tñ non attinet hoc in loco: neq; accusando: neq; excusando: quicq̄ dicere: Non enim coniuncta est causa morum & potestatis: qui tñ Euangelicis erudimur præceptis: separamus inquā ueritatē ptātis a tenore uitæ: & a gratia seu charitate Dei: Erudita corda in fidei sinceritate: tuam hanc: tam piam cōsequentiā nō admittunt. Mali sunt: Pessimi sunt: esto: ergo ptātem non habent? Ergo claues amiserunt. Negamus Diabole: Negamus Martine: & distinguere docemur a Christo omniū Dño: omniū Magistro: Inuehere q̄tū potes in eos: dic sane eos gurgitem omniū malarum reꝝ: oium iniquitatum patres: qui Christum rursus proderent: irriderent & crucifigerent: si reuertat̄ mortalis in terras: & quæcūq; horrendiora lingua tua pro tuo more: etiam confictis de officina maledicentię tuæ: uerbis: nouit exquirere. Admittemus.n. omnia: & te tandem tam bellum rethorem relinquemus: ut cum oīa admiserimus: nihil tñ concludas: quod uelis: O amator confusionis audi. Magistrū tandē & pudeat Dyalecticæ tuę: audi inq̄ distinctionē: Sed cōfusor distinctiones nō audit qui in cōfusiōibus oblectatur. Quid mirū? Cur enim Arrius aberrauit a fide? nimirū quia distinctiōes oderat: sicut tu: Nouatiani: Pelagiani: Donastitæ: & cætera oium hæreticorū turba: quos tñ in hoc ipso ad regulā imitaris: oportunas ac ꝓbatas: & quæ fidem elucidabāt oderant: distinctiones: nouas uero atq; importunas quibus magis cōfunderēt diligentissime afferebant: & impudētissime offirmabant. Audi ergo tu quicunq; potes: nō nouā: nō ex hoium uoluntate deductam: aut allatam: Sed Sancti spūs sanā atq; inuiolabilem Magistri et Dñi oium sniam. Ait Magister & Dñs: quæ dicunt facite: quæ aūt faciunt nolite facere. Hoc aūt ꝓcul dubio eo pertinet: ut nō auferri: aut tantillū minui eoꝝ potestatem quarūcunq; prætextu iniquitatum arbitremur: pinde ac si ad nostram doctrinā apertissime ita diceret: Nolunt ipsi facere: quæ ego illis mādaui: At uos facite quæ illi dicunt: & nolite putare: q̄m eoꝝ ptās per eoꝝ malitiam soluta sit: Nequaq̄: nō enim deest arbitriū imponendi iugum: aut ligādi facultas: aut docēdi & ꝓponēdi uerba doctrinæ & iterpretandi: diffiniēdiq; auctoritas per hoc q̄ solii dignitatem: uitiis quātumuis nefariis inquinauerint. A me ptās hæc & facultas: A benignitate mea & patris mei: qui facit oriri Solem sup bonos & malos: iustos & iniustos. Ab illis met aūt uitia sua sunt. De illis ego locutus dixi. Qui uos audit me audit. Agnoscite igit̄ q̄d ē meum: q̄d aūt illoꝝ ē repudiate: & hoc quod ego inqo: nolite facere quod faciunt: Non autem dico punite aut corrigite uos quæ faciunt: minime hoc: sed illud solum: nolite uos facere. Hoc enim ut puniantur: ut corrigantur: ad me solum pertinet. Vobis autem manifeste in Propheta meo præcepi: Nolite tangere Christos meos: Sufficiat q̄ habebunt mali me ultorē plus

[Margin notes: Consequētia hæreticorū. — Hæretici osores distinctionum ut confundant. — Matt. 23. — Quid est q̄d ait Dñs: q̄ dicunt facite q̄ aūt faciūt nolite facere. — Luc. 10. — Psal. 104. — Deu. 16. — Nō est ur̄ hominis uel hominū punire xpos dñi sed solius Dei.]

ſatis q̄ crediderint: Quod autem meum eſt: quod ſeruaui mihi: quod poſui in poteſtate mea: nō eſt ueſtrum uſurpare uobis me nolente: me ꝓhibente: me deteſtante. Audite ergo principes & Reges terræ & apprehendite diſciplinam: neq̄n iraſcaẗ dn̄s: & pereatis de uia iuſta: Audite gentes quæ fremitis & ppl̄i q meditamini inania aduerſū dn̄m & aduerſum xp̄m eius & uaſtis clamoribus uociferamini: Dirūpamus uincula eorꝝ: & proiiciamus a nobis iugū ipſorꝝ: An nō intelligitis ꝙ qui habitat in cœlis irridebit uos? & Dn̄s ſubſannabit uos? O utinā uerba hęc. S. ſpiritus in aulas ueſtras: aut potius in aures ueſtras penetrare poſſent: quicunq̧ iudicatis terram: ad uos pertinet iudicare terram nō cœlos: Cœli aūt dicuntur prælati & pontifices: Dimittite ergo cœlos ipſi Dn̄o cœlorꝝ: immo ſubmittite & uos metipſos ipſis cœlis: Hic eſt ordo Dei: Cœlū cœli domino terrā aūt dedit filiis hominū: Audite inq̄ & attēdite Dei legem ne moriamini: Magiſter dicit: Dn̄s dicit: In uerbo ſuo: in ueritate ſua: in Prophetis ſuis: in Sanctis ſuis. Et ego quicunq̧ ſum nacta occaſione clamo & ī uniuerſo orbe hāc uocē totis uiribus effundo: & audiri cupio: nō eſſe ueſtrū ſubtrahere uos a poteſtate: aut eam quouis modo quam ipſe cōſtituit impedire: imo ēt ubi ſit opus uſq̧ ad ſanguinem nō tueri: Credite mihi nō adulor: nō probo malos mores: abuſum ptātis non defendo: ſi adhuc hoībus placerē: nō eo acceſſiſſem ut xp̄i ſeruꝰ aliqñ efficerer. Sed uerba Dei: ueritatē xp̄i: doctrinā ſanctorꝝ audacter pronuntio: Ille qui dixit: qui uos ſpernit me ſpernit: Ille idem ſic proteſtaẗ: ſic iubet: ſic imperat: Dictum fuit hoc: ut Bernardus ait: duodecim diſcipulis: quorꝝ unus iam Diabolus erat: ſic. n. ſcriptum eſt. Nōne uos. xii. elegi & unus ueſtrum Diabolus eſt. igitur qui ſpernebat Diabolum: ideſt Iudā qui iam erat diabolus: ipſum xp̄m ſpernebat: Quāobrem? quia diabolū aut diaboli uitiū ſperneret? minime: ſed quia in diabolo illo ſpernebat quod erat xp̄i: Auctoritatē uidelicet ab eo illi datā & ptātem: Proinde ſi qui cuicunq̧ ptāti reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit: q̄to magis qui primariæ ptāti quæ eſt ſpūs & uirtus Dei? Quid ad hæc igiẗ aduerſarius? niſi q̄d ſolet? adulatores nos eſſe: ſcilicet qa xp̄i uerba loqmur: qa heretici iādiu dānati nō ſumꝰ & in eorꝝ numero qui putabant malos ſacerdotes nō eē ſacerdotes: Malos Paſtores paſtorale offm̄ ꝑdeꝛ: At forſitan ſicut ē plerūq̧ uerſipellis hic idē Martinꝰ nr̄: eadē & ipſe cōcedet: eadē ꝑdicabit ſicut ui patētiſſimæ ueritatis coactꝰ interdū ſolet: ne nō tam patēs hęreticus uideaẗ. Attn̄ nō ꝑſiſtit: mō ait: mō negat. Nā in opuſculo quopiā ſuo q̄d de Papæ ptāte edidit ad oēm eius dignitatē & primatū diuinitus cōſtitutū euertendum: nō aliud ferme ꝓducit: niſi malos ꝑſidentiū mores: quibus īperitę multitudini pſuadere nitiẗ ptātem nō eſſe: cōmiſcēs & cōfundēs uti ſolitus: abuſum ptātis cū ptāte: & tn̄ ibidē ita interdū uult nobis clemēs & māſuetus uideri ut in hoc ēt plus concedat q̄ uolumus: imo plus q̄ iuſtū ſit: quaſi uero cū iniuſtitia manſuetudo iūgaẗ. Poſtq̄. n. ibi diu in Romanæ eccleſiæ principatū fundatū xp̄i uerbo q̄tā potuit rabiē (ſatis eſt dicere loco multæ declarationis: ſua illa lingua) euomuit: & plura decreta pontificū nō ſolū frigidiſſima: ſed ēt īpiiſſima: & cōtra Euāgelii ueritatē emanata ab authoribꝰ porcis: & beluis pluribꝰ uer-

Audite Principes & reges terræ.

Ps. 2.

Ps. 113

Luc. 10.

Bern. in cāt.

Io. 6.

Pa ad Ro. 13

Qui hæretici eſſe nolunt adulatores ſūt apd Martinum.

bis pbare contendit: Hæc ad lram & crebro his similia interserit.

Nolo ea damnare nolo etiam eis cogi contra scripturæ ueritatem. Modestia Martini:
Sunt contra euangeliũ ut ipse pluribꝰ locis exprobrat: & dānare ea nō uult
Esa. 6 & ꝙ tacuerit aduersus illa se laudat: parum memor Esaie dicentis. Veh mi
hi quia tacui. O Paulinũ Theologum o Pauli spectabilem æmulum: nã a
ad ga la. 2. quo tam oportunam patientiam hanc didicit? Non quidem a Paulo: Pau-
lus. n. resistit in faciem Cephæ q̃a nō ambulabat secũdũ ueritatem euange
lii. Et iste Paulo ipso longe circũspectior: non uult ea dānare q̃ ait cõtra scri
pturæ ueritatẽ esse sed satis sibi eẽ inq̃t ꝙ illis ñ cogat. Vere satis tibi esset
non cogi p illa: neq; aliud tibi iam curę est nisi ut p ea ñ cogaris. De Christo
autem & scripturæ ueritate opinor: facile trãsigeres: sed non satis est nobis
Martine: & si tu de xp̃i ueritate nō cures modo per decreta nō cogaris: nos
tamen nolumus pati: nolumus hoc pactum tecum: & hanc contra solidita-
tem doctrinæ Christi transactionem recusamus: non est hic inuenire medi
um Martine: uel decretis teneri te oportet: uel hoc tãdem cognosci quomo
do sint contra euangelium: non est inq̃ hic Thomistarum mos: pati impias
scripturarum interpretationes: aut uelle unq̃ pacem donec eiusmodi quæ-
stiones circa euangelii ueritatem componantur. Sed hæc alibi ad examẽ isti
us eiusdem thomistę afferenda & subiicienda omnino sunt. Nunc hoc tan-
tũ si consequor a pusillis satis superq; mihi est: sola morũ & quantauis enor
mitate turpitudine aut obscenitate uitę nō solui: non tantillum minui: uer
bo Dei fundatam ecclesiasticam potestatem.

Martinꝰ non ult ea dãna re q̃ cõtra scri pturæ uerita tẽ sint.

Thomistæ ñ qescẽt donec euãgelica ue ritas pateat q̃ lacerãt hłtici

Quid ex p̃ dictis conseq̃ uelit auctoꝛ a lectore.

❧ Quartus dolus in quo ex uerbis suis colligit: nihil aliud ho-
minem conari q̃ ponere zizaniam: suscitare lites: rixas: in omni
loco & gradu & conditiõe hominum & ab ipsa principali quę
stione ita subdole se eximere.

q Vartus est dolus: secumq; multum scandali ac zizaniorum
trahens ꝙ non ibi manere litem ubi est & esse debet permit
tit: & de quo debet esse: sed ueluti coluber tortuosus nulli-
bi recte consistens: & quo caput nequit ibi: quod dicit: cau-
dam figẽs: noua continue suscitat in quę oculos paruulorũ
deflectat. Nam cum xp̃i res agatur contra quam euidẽtissime molitur ut ani
mos pusillorũ alio diuertat: & corda uanæ imperitæq; multitudinis ad ęmu
lationem excitet: atq; ad inuidiam inflammet: suisq; partibus astu scandalo
so adiũgat: eo rem deduxit quasi cõtra Germaniam & eius Principes insur-
gat Italia & quasi summus Ponti. contra summum imperatorem erigatur:
& quasi ea quæ sunt Cæsaris auferre uelit a Cæsare aut Germaniam oppu-
gnare. & eiusmodi dolosa nimium & plena schismatum: homo ad seditiões
natus & rerum nouarum cupidus machinator & suscitator egregius suis: in
spersit commentariis. Mitto ueterem quæstionem quam ad inuidiam popu
larium mouendam introducit: de beatæ uirginis Conceptione: mitto ꝙ ue
ram & supremam summi sacerdotis potestatem ex adulatorum impiorum

Q̃ōnẽ ũerita tis xp̃i uertit i cõtẽtionẽ in- ter germaniã & italiã & ali as similes. Q̃ōnes q̃s in troducit ut se eximat a q̃ō- nibus in q̃bꝰ ẽ hæreticus.

belluarum & porcorum commentis & inuentam & adauctam comminisci tur:atq; eius abusum a sui ueritate ñ separat:& q nihil nisi uetus odiũ in ec clesiasticos personat:donationem Constantini tanquam confictam suis di cteriis malignissimis interponit:& paleam sine grano prædicat homo uere palea sine grano:& mox uentilabro Dei excussus & ab horreo separatus (ni resipiscat)tradendus(ut inquit Lucas)igni inextinguibili.Bene igitur & oportune de te loquitur sapiens:cum inquit. Homo peruersus suscitat lites & uerbosus separat Principes.Nõ satis diu crassatum est?non satis hu mani sanguinis irę principum sibi hauserunt?ut etiam regum corda & po pularium animos(quãtum in effranatæ linguę tuæ facultate est positum) ni dissidiũ & secessionem cõmouere nitaris?ut ab omni pace & fœdere di scedatur?& quæ sanctæ Apostolicæ sedi debetur reuerentia reprobi & iugi impatientes cõtumaciter desciscant?I nunc inimice homo & reflecte in me tuum adulationis uitium pro more tuo:pro eo quod de sede Aplica cũ san ctis omnibus bene sentio.Sed audi semel quid ego: & contra te:& pro me ad omnes eiusmodi calumnias tuas respondeo:ne tibi non prædictũ a tho Prou. 16.

Propheteuer ba aptissima congruentia Martino:

mista aliquando possis dicere. Dilexisti omnia uerba præcipitationis lin gua dolosa & sicut nouacula acuta fecisti dolum.Propterea Deus destruet te in finem euellet te: & emigrabit de tabernaculo tuo:& radicem tuam de terra uiuẽtium:uidebunt iusti & timebunt: & super te ridebunt & dicẽt:ec ce homo q non posuit Deum adiutorem suum:sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum:Et præualuit in uanitate sua.Ego autem sicut oliua fru ctifera in domo Dei speraui in misericordia Dei in ęternum & in sæculũ sæ culi. Et ut penitus obstruam os tuum loquens iniqua: ad gloriam domi ni nostri Iesu Christi & illud addam.Elegi abiectus esse in domo dei mei. Satis est:non dico amplius:sed ad rem rediens.Audi Martine nũc(si pla cet)theologiam nostrã:quicunq;.n.zelo dom*dei tenemur:nouimus pessi mas scissuras istas & abhorremus ac longe aliter in domini doctrina sapi mus:Italũ enim a Germano aut a Gallo:si modo christianus sit & christia ne sentiat:non diuidimus. Disiungimur montibus:at non fide:quæ mon tibus imperat:non charitate quæ maxime disiuncta copulat.Quomodo enim separare possunt montes quos coniunxit deus?Quomodo separabit Martinus quos cum Paulo totis deceat clamare pręcordiis.Quis nos sepa rabit a charitate Christi?Ergo uos primum o Itali appello: quoniam de re Christi agitur:& fundamento:quod posuit:qdq; in nullius est potestate, si Germanus christiane sentiat: Italus autem alienum sequatur ac puersum dogma:proximior Germanus sit nobis Italus longe disiũctior.Pax nobis cum Germano:cum Italo bellum ppetuũ: donec uel resipiscẽs pace dignũ se reddat:uel ut meritus:ne corrumpat alios:spiritu oris Dei solus poti*ca dat.Sic enim scriptũ est dissipa gentes q̃ bella uolunt.Nec aliter uos o Ger mani p Christi charitatem:p salutem uestram:perq; cõmunem fidem admo neo:& obtestor:si nouam ac pestilentem afferat Germanus doctrinam : si ecclesiæ aduersator & calumniator uerbi Dei:& in Apostolicã sedẽ eiusq; uenerandissimum atq; obseruandissimum caput publice contumax reperia

Marginalia: ps 49. — ps.83. — Mat. 17. — Audite Itali. — Ad ro ma.8. — Audite Germani. — ps.67.

tur:non sit uobis Germanus:q̃ non sit xp̄ianus. Cur enim de gentis gloria dimicare cum discrimine & periculo fidei uolumus? Quæ, uictoria:o Germane si in qua uis contractione cum Italo uincas:cum Christo perdas? Italum superes comprimaris a Christo? Immo uero quomodo quemq; uinces
Lu.2. si contra xp̄m pugnes? si contra stimulum calcitres? Caueamus igit̃ si q̃cq̃ superest cordis:si timor Dei ullus manet:aut saltem: si ueritatis uerbo deterreri possumus:in quo nouimus q̃ omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Ne audiant hæc hostes fidei & inimici crucis xp̄i:& addatur gaudium illis:& cor eorum tanto amplius excitet̃:in ruinam domus Dei:caueamus igit̃ & nos Itali & nos Germani ne istas pessimas quas hic malus inter
Ps.75. ps.67. serit uel introducamus uel foueamus dissensiones. Dixi nos Germani & nos Itali quia sic censeo: sic statuo:sic dignū duco christiano animo ut om
Io:14. nia omnibus simus:ut inquit Apl̄s:ut omnes lucrifaciamus & omnes unū simus & idipsum sentiamus: quos una coniūxit fides & charitas enutriuit. An non xp̄s Deus & auctor pacis est: nō est factus in pace locus eius:non est qui facit utraq; unum & unius moris docet habitare in domo? Non ille qui ęterno testamento pacem nobis reliquit ut in hoc potissimum eius discipuli nosceremur:si nos inuicem diligeremus? q̃d cū ad xp̄ianos in uniuersum pertineat:maxime autem ad eos qui ex regula cor unū & aīam unā habere in dn̄o profitent̃:& qui supbiæ uitæ blandimentis & mundi cupiditatibus uoto intemerando renuntiant:ut pigere pudereq; multum nos deceat:si interrogati unde simus nō libentius xp̄ianos q̃ Germanos aut Italos rn̄deam⁹:quid hic respondeat uir scandaloꝝ et Paulinus Theologus? An Persuasio ex dc̄tō Pauli.
Pau. ad ro: 3. uolumus Paulum hoc in loco consulere? non ne sic diceret in ꝓposito Paulus? An Deus Italorum tantū? immo & Germanorum? An tm̄ Germanorum immo & Italoꝝ. Sic enim insultante iudęo in gentilem oportune dixit
Pau. ad Ga la.6. An iudęorum Deus tm̄ immo & gentiū:quid etiam sub inferret nisi q̃ ultimo scripsit ad Galathas: si sp̄ū uiuimus:sp̄ū & ambulemus:non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem inuidētes:inuicem ꝓuocātes. Sic ergo i Pauli uerbis oēs admonere uolui. Maneat ibi qō ubi posita ē ñ alio uertat̃: ne dū inquirit̃ xp̄i ueritas: ad disceptandum de gloria & honore gentis & fumo & uanitatibus mūdi uersutia huius pestiferi hominis trāsferamur: & ne dū eiusmodi rixosis contētionibus penit⁹ inutilib⁹:nisi ad subuersionem audientium exercemur:nihil minus q̃ ueritatem inueniamus:ita.n.:malitia sua consequeret̃ aduersarius q̃d cupit:sed iniuriū est & in fidei scandalū uerteret̃ non exiguū. At ut tandem ad te me uertam Martine:q̃ hac ꝑte nō sinis me mentiri dum plerisq; locis commentarioꝝ hæc zizania inspergis: & ne labor multus nobis esset hoc ingredi: in primis tuis uerbis ad Sacri Palatii Magr̄m ꝑfacile enudas:adeo prudēs es:ut totum sp̄ūm tuūm statim profe
Prou: 29. ras:neq; quicq̃ reseruare possis in posterū. Sic enim incipis.
Peruenit ad me Reuerēde Pater dialogus ille tu⁹ satis supciliosus & plane totus Italicus ac Thomisticus. Quid est dicere totus Italic⁹? an nō uides rethor considerate q̃ his uerbis si cuiuspiam esses momēti totius Italæ gentis inuidiam in te conflares gratis? An tu solus totam Italiæ doctrinam sustinere paratus es? Scilicet has insupabiles & magnificas uires egregia illa

Notate q̃ potestis.

Verba Martini ad gr̄am si bi cōparādā.

commentaria tua satis nobis ostentant. At forsan conciliare tibi Germaniç beniuolentiam studuisti: quasi aliter non posses nisi simul in Italiam & in sanctum hominem diuum Thomam pariter insultares. Non hæc uia ut mihi uidetur recta est ut Germaniæ placeas quæ si nouerit tam bellum rethorē (ne dixerim tam impium hoiem) genuisse: pœniteat profecto se infœlicissimę fœcunditatis suæ aut potius mōstrosissimi abortus sui: quid est preterea homo miser q̄d contemnas in Italiā? scio dices uelut homo zelator legis dei immania nephanda horribilia scelera Ro. curię. Sed audi tandem Hier. ne me inuitum ab instituto diutius retrahas: hoc nimirum est q̄d Hier. in uos ꝓphetat. Iustificauit animam suam aduersatrix Israel comparatione præuaricationis Iuda: uade & clama sermones istos contra Aqlonē & dices reuertere aduersatrix Israel dicit dn̄s: et hæc satis ad Germaniam. At te frustra & in meam iniuriam hoiem adeo derisorem erudire tentauerim q̄ scriptum legerim. Qui erudit derisorem ipse sibi iniuriam facit: & q̄ arguit impium sibi maculam generat: igitur ad alios procedamus dolos.

Hier. uerba i aqlo nem.

Prou. 9.

¶ Quintus dolus quo in Magnificis uocum nouitatibus & uerborum apparatu admirabili suam iactat super omne cœlum remotiorem Theologiam ad capiendos pusillorum & imperitorum animos.

Quintus dolus: q̄ in opere suo passim Christum: Paulū: Christianam: Paulinam: sinceram: remotiorem Theologiā & huiusmodi magnifica noia nobis iculcat: quasi ipse solus eā diu exulem e summo cœlo reuocauerit ac tandem uirtute sua reduxerit in terras: aut q̄si sup Christi pectus tanq̄ peculiariter dilectus discipulus recubuerit: totumq̄ hauserit spūm dormientis: aut quasi alter Paulus qui in tertium cœlum toto raptus corpore uiderit arcana dei & ineffabilia illa q̄ non licet homini loqui: nisi q̄ iste pp excellentiam ac p̄stātiam suam supra Paulū hoc potuit: q̄ sibi soli speciali priuilegio etiā tota reclamante ecclesia effari illa liceret: & q̄cūq̄ uoluerit & quicq̄d etiā (ut ipse fatetur) in buccam uenerit. Cum in talem ac tātam buccam unde exeūt tā prætiosa nō nisi ēt p̄tiosa intrare p̄sertim post tātam grām sit uerisimile. At nos Thomistę ac præcipue mendicātes comparatione tāti uiri qd esse possumus? Quid boni proferre ex ore nostro? quo allia sæpe & cepas & herbas & non nisi uiliora atq̄ plerunq̄ olentia in uentrem recipiamus. Et nimirum hinc est q̄ hic homo totus cœlestis non solum fastidire nos mendicantes cœpit: sed etiam (ut est rumor) e xp̄iana repub. sua exterminare. Sed cōsolabimur tn̄ nos inuicem & recreabimur in uerbis xp̄i: q̄bus nō curat quid intret in os: cum non illud coinqnet animā: sed quod exit ex ore: & insuper admonuit: uade & uende omnia q̄ habes & da pauperibus & seq̄re me. Ipse autem exultet Martin⁹ in beata ac remotiore Theologia sua quātum uelit: quam nisi tātopere nobis iactasset forsitan lōge carior ēt fuisset. Et quidē principio cū tm̄ apparatū in uerbis: tot clamores de scripturis audiebā: metuere incipiebam ne homo plenus rimarū has passim scripturas hac atq̄ illac effluerent & nullus tamē esset q̄ colligeret de thesauris tā p̄tiosis. Sed ecce dum scripturas istas expecto illa℞ loco inuenio ludos & maledicta in cœ

Quid differat a Thomistis Martinus

Quæ sint scripturæ Martini q̄s iactat.

lum & terram/mordacitates continuas/ac perpetuam temeritatem: nisi q̄ nonnunq̄ Terentianos & Plautinos iocos siue sententias agnosco: loco autem canonum & sanctoꝝ Patrum offendo contumaciam & ꝓteruiam & rebellionem sanctæ & Apostolicæ Sedis & impiissimas sanctoꝝ decretorum elusiones. Et q̄d solum tantū Theologum sempiterna mitra coronare pōt/ in duobus quos edidit libris unā glossulā cū canone suo male intellecto/& Panormitani quandam impietatem super quodā capl'o(q̄d: ut ipse iurista Theologus adduxit: in rerum natura non inueniť)cum tanto plausu & strepitu ꝑ se adducta offendo/ut hoc solum decem gallinis pauorē facile posset incutere: q̄ si tandem aliquid scripturaꝝ & si perraro exprimat alterum trium animaduertere licebit: uel eas peruersa quadam interp̄tatione corrumpi: uel ad rem ꝓpositā non p̄tinere: uel postremo q̄dam ita nota & manifesta per illas probare/ut uel idiotissimis in angulis & tonstrinis ac plateis q̄ latissime pateant: sicut suis locis facile ac dilucide patere faciam: Hæc autem ita dico qm̄ insensati multi atq; ignaui ad has magnificas uocū nouitates miserę nimis atq; inconsideratę trahunť: & huiusmodi inanibus & inflatis uerbis/ac fallaciis sæpe tanq̄ uento quocūq; impelluntť & circūferūť/; atq; ita interdum persuadenť/ut uix ueritati aut disputationi relinquať locus/quasi alii omnes p̄ter hunc unum cæci & Tho. ac Bonauē. quorum ecclesia & sanctitatem declarauit/& doctrinam partim probauit/partim etiā mirifice cōmendauit/& cæteri quos scholasticos uocat/Ioannes Scot⁹/Albertus/Egidius/Alexander/Durandus & alii/atq; simul uniuersa Christiani orbis gymnasia quæ horum sibi ediscendam scientiam atq; imitandā proposuerunt sp̄ hactenus desipuerint/q̄ tam beatā huius Apostolici uiri ac remotiorem sapientiam/neq; ingenio & studiis consequi potuerūt. Neq; etiā cum omni sua sanctitate/uel a longe intueri meruerūt. Et q̄d ergo superest nobis miseris quicūq; a Martino dissentimus uel Christiani uel Thomistæ aut Scolastici/si uera de seipso/& de nobis sunt q̄ profert? Enimuero postq̄ indocti omnes sumus & Christum/& eius scripturas pariter(ut ille inq̄t) ignorātes. Postq̄ peccata nostra(sic.n.& ille asserit)meruerūt ut q̄ Deū reliquimus ab omnibus derelinquamur. Postq̄ Deum in hanc sæuitiam & crudelitatem induximus: ut præcipue electos hos sanctos suos Thomam & Bonauenturā(sic etiam ipse ait: ut mox iam examini subiiciemus)& nos pariter cum illis/ac p̄ illos in errores noxios cōpelleret. Postq̄ deniq; āplissima Martini Lutheri merita q̄(ut ait)nihil sibi ē cōsci⁹/iratū pect⁹ sanctiss. Trinitatis assidue pulsantia expugnauerūt & ipetrauerūt illi soli/ut ille sol⁹ ab his scholasticis errorib⁹ seruareť & ille solus ĩ hāc fœlicē & remotiorē/ac uerius remotissimā Thelogiā tanq̄ in amenissimos paradisi recessus relegareť/& solus ille hos mundi errores/naso illo/immo toto capite/respiciente & properante in Damascum/dignis notis animaduerteret/& ille sol⁹ q̄si noua lux præclarissimi solis aduenìens oēs ecclesiæ tenebras quas quadringentis tam annis ad minus(ut ille inquit)passa est dissolueret atq; effugaret. Quid inq̄ supest nobis ut agamus? equidem oportune hoc in loco clamabo: o orbis terrarum uniuerse/quanta possum uoce uniuersum si me potes audire appello: o ecclesia Dei misera & miserabilis tam diu sine hac no

Citauit.n.titulū ꝓ titulo

Doctrīa Martini circa scripturas.

Qui honores debeāt Martino.

Si de se & de aliis uera prædicat.

De⁹ fecit errare Thomā & Bonauenturā ut p̄ illos nos erraremus sicut iuēit Martin⁹ ĩ theologia sua.

Honor debit⁹ excellentissime excellentiæ Martini collectæ ex uerbis suis.

ua doctrina tanti hominis:o gymnasia infœlicissima q̃ istã tot seculis insa-
nam & pnitiosam scolasticoꝝ inbibistis sapientiã:o Pontifices Scti q nõ ha
bebatis lateri hunc hoiem cum frigidissima illa decreta cõponebatis/aut po
tius(ut ab ipso q hac pte pphetę locũ sibi arrogauit accepimus) cũ notarii
uestri sine uobis tũc psertim tpis/ illa in adulatione & ignorantia scriptura
rum exarabant:o concilia frustra & iniq̃ tot tpibus recepta/q̃ non habuistis
hunc uirum/ne erraretis consultorem:o Parisius misera dignitas /q̃ his do
ctoribus tam iniuste decorata es:o oẽs sectę & scolæ Theologoꝝ totius or
bis/q̃ desipere ab his scholasticis tãto labore tot uigiliis tot lucubratiõibus
didicistis:q uerã Christi pdiderũt doctrinam. Age resipiscamus tandem &
adeam⁹ nũc iã Martinũ. Cõueniamus hũc Lutherũ unanimi cõsensu:Am
biamus hoiem diuinũ:nouum e cœlo delapsum Danielẽ ueneremur:& ca-
pite intecto/& nudis genib⁹adoremus. Et primũ Pont. Maxim⁹ mitra posi
ta/aut si magis placeat in terram piecta:uel certe si hoc libeat magis/sibi su
is in manibus illis uenerabilib⁹resignata. Deinde uniuersus Cardinaliũ Se
natus amplissim⁹ & omnis pxima Patriarchalis & Epãlis sequať dignitas/
& tota deniq; curia suis collocata p cuiusq; dignitate ordinibus:& nos po-
stremo cũ Pręposito ac ministro nr̃o qcunq; sumus Thomastici & Schola-
stici/cum oibus scholasticis cæteris doctoribus uultu supplici comitãtes sa
lutem⁹hoiem hũc cœlestẽ:oremus:gr̃as agamus & deniq; postulationes &
supplicatões faciamus:p amplissima illa merita quæ suis uerbis psefert:per
ardentem illã charitatẽ in qua nõ q̃rit quæ sua sunt/p mansuetudinẽ ac mo
destiam incredibilẽ quam nobis in oibus opusculis suis de ppria liberalita-
te frequẽtissime ingerit. Iniuriũ.n.est ut idcirco uilescat tãta hæc modestia
ꝙ ille nobis eã totiẽs inculcãs nõ satis faciat prętiosa ut mereť:pro charita
te.n.sua facit hæc:opinor ẽt qa Paulũ audire uoluit Modestia ur̃a/nota sit
oibus hoibus. Porro q̃uo nota fieri potuisset hęc Martini modestia nisi pdi
careť/& ita frequẽter ingereret? Ergo p hãc modestiã & mãsuetudinẽ. Per
hanc suã charitatẽ & uirtutes oẽs/quas secũ q̃si funiculo colligatas trahit:
& p imensa uirtutũ istaꝝ merita exoremus/demũ suauissimũ hominem ut
imperret & nobis tandem qd ipse sibi soli obtinuit:ut agnoscamus tenebras
nr̃as & in lumine suo(si idem est ꝙ illud Christi/aut saltem illi Germanũ)
& nos quoq; uideamus lumẽ. Nam q̃ minora nouo huic Danieli e cœlo no
bis dato(ut aiunt discipuli sui)si modo nõ ipse in suis discipulis loquatur/
in media Babylonia debeanť? Et utinam adhuc satisfieret altissimæ ceruici
suæ. Sic interdum oportet ludere cum his illusoribus : maxime propter pu
sillos/qui istiusmodi labiis dolosis capiuntur/& linguam ita magniloquam
admirantur nescientes ꝙ scriptum est. Disperdet deus uniuersa labia dolo
sa & linguam magniloquam.

Certe magis liberet.

❡Sextus dolus in quo hoc tm̃ psuadere uult author ne in hac disputatõe tãti piculi psua deanť sicut solẽt pusilli:p dicacitates & maledicta:& linguæ intemperantiam potius q̃ ueritate authoritate scripturæ:& sanctorum hominum.

Sextus dolus:ꝙ cum intelligat/& experiať homo malus ꝙ forsan
& a Demosthene accepit/peruersam hominum plerunq; naturam
lõge magis maledictis & dicacitatibus & uerborum acrimonia de-

tractionibus zizaniis & ludis q̃ christiana ueritate/pace/& modestia/& mã suetudine delectari: mirum q̃ in hoc sese nauiter exerceat: ut uix tres lineas in suis scriptis licet præterire: quin aculeum & puncturam non sentias/aut dicterium & scurrilitatẽ aliquam non offendas/aut amarulentum quoddã/ & uirulentum & satyricum corollarium non tibi oblatum gratis accipere liceat: & hęc quidem sine modo/sine fine/sine ratione sine oportunitate nec solum qñcũq; in buccam uenerint/sed omni industria atq; omni licentia temeraria exquirit/atq; effundit. Hæc a utem ut q̃ facillime & q̃ paucissimis colligant (non enim omnia nisi per argumentũ possem breuibus pstringere.) Postq̃ in deum cœli quãtum potuit p nouas/atq; impias hæreses blasfemauit & in ipm cœlum posuit os suũ: ut & Petri primatum lingua sua ipsissima eripere conet: Postq̃ in sanctoꝝ doctrinam abũde uenenosũm euomuit iudicium: & in oẽm Theologoꝝ & Philosophoꝝ cetũ atq; doctrinã inuectus est. Postq̃ neq; decretis Pontificũ sũmoꝝ/atq; sanctoꝝ neq; synodis & conciliis sacrosanctis pepercit: & q̃tũ temeritati suæ fuit satis/elusit: postq̃ & totam Italiam/& Romam ipsam/& romanũ caput modis omnib⁹ suis morsibus lacerauit/& nihil pene sanctum coꝝ q̃ in cœlo/& q̃ in terra sunt ꝓfana illa lingua prætermisit: quia superat ẽt ut & sub terras aliquantulum uolutaret/& ibi aliqd sanctũ uiolãdum ĩueniret/penetrare studuit usq; Romanas. S. Sebastiani criptas/ut ibi saltem religiosas martyrũ reliquias ore illo fœtido conspurcaret: ut non satis nobis faciant uerba prophetæ ad arguendũ illum/q̃ de hoc hoĩum gñe ait/ Posuerũt in cœlo os suũ & lingua coꝝ transiuit in terra: hæc.n. lingua ẽt penetrauit sub terras: immo & usq; ad ipsos inferos transiens: multas cõtra aĩas purgatorii: ut uidebimus: blasphemias exq̃siuit. Et in his tota summa doctrinæ tanti uiri uersat: unde factum est/ut minus scandaloꝝ & puersionis hoĩum timuerim. Et si enim nõ parum delectet insanum uulgus his malis/non tñ facile: nisi adiuuet merã & ꝓpria iniqtas: seduci potest. Fateor aũt si respexissem hunc hominem aliquanto compositiorem & temperatiorem lingua/& uerba aliqua prudẽtiæ: arte saltem simulata: ut felicius psonam hypocritę indueret/cõphẽdissem & cũ dñm suum Iesum sæpenumero appellat tanq̃ spem suam unicam: si nõ re ipsa facile declararet: q; magis in concilio fidit/q̃ in Iesu/& magis ut diximus in principibus & filiis hominum in qbus non est salus: fateor inq̃ ingenue respectis moribus hoĩum huius tempestatis & paruitate fidei/& nec multa principum consensione/ & consueto populariũ odio in oẽm potestatem & pricipatum: trepidassem & metuissem ab his nouis impietatibus multomagis. At cum uideam omnia hæc illi uitia maxime a moribus christianis & psertim Paulina Theologia quam sibi immeritissime arrogat/dissidentia manifeste adesse: & facile in oculis oĩum apparere posse: uere iam animo bono & tranquillo mihi esse impero: & admoneo pariter omnes in discrimine tantæ rei/ut non existiment eũ q iurgiis/ opprobriis/ cõtumeliis/detractiõibus/maledictis/ueneno lĩguæ/ & clamorib⁹ absonis longe pstiterit cęteris/ & qui ꝓcacibus comœdorum lusibus & leuib⁹ scurrilibusq; iocis totum orbem licentia immoderata: facile in hoc omnes superãs: indignissime eluserit: illũ quoq; & iure & bona causa similiter uincere. Si enim in omni dispu

Argm̃ p lingua modesta Martini.

Quare min⁹ scandaloꝝ timendum sit a Martino.

tatione & qōne ueritatis ęquum nō est eiusmodi sermonis uenenosæ effluētiæ atq; imoderatę licētiæ uictoriā tribuere. Id certe in xpiana disceptatione multo minus: sed hoc poti⁹ iudiciū esse debet/ cū q̄ sic effuse & inconsiderate ac semp importune & impudēter/ & ut ait dn̄s ex abūdantia cordis obloquit̄: pculdubio tanq̄ omni uacuū ueritate & iustitia destitutū n̄ aliud agere neq; in alio cōfidere (p̄sertim cum rē tam grauē uertit in ludos) nisi in fauorib⁹ uulgi: & stultoꝝ plausib⁹ q in eiusmodi plurimū delectāt̄ & capiūt̄. Sed non uidit homo usq; quaq; improuidus suo se passim gladio iugulare cum alios eius criminis reos arguat quo ipse p̄ cæteris tenet̄. O uere & infœlix Martine & qū o psuadere sperasti uel plane stultis: te q nihil aliud in oī opere tuo agis: nisi q ppetuo ludis atq; illudis: uirum tn̄ esse seuerum modestum/ & grauē: & illos q oēm grauitatē ac seueritatis maiestatē in oī uita sanctissime approbante uniuersa ecclīa retinuerūt fuisse illusorios: O pudentissimū caput: cur. n. nō merito in tua remotissima Theologia inuersa iam & penit⁹ puersa oīa existimauerim: & mutatas cū omni rerū ipsaꝝ natura/ ēt unacum significatiōes: qn̄ penes illam q modestissime & cum omni grauitate & maiestate loquant̄: ut Tho. & Bonauē. quos ideo p̄cipue cito qa & tu p̄cipuo in illos insultas/ illusorii tn̄ sint & dicant̄. Ille uero q ppetuis inuoluat̄ ludis/ non solum/ non illusor/ sed apprime grauis atq; modestus/ & insup talis ad quē maxime ptineat grauissimos ac modestissimos de illusiōe rephēdere: Hem quo Euāgelicā & Paulinā Theologiā insignis noster hic Theologus adegit. Quāto igitur hoc in loco digni⁹ ille nescio q̄s Poeta exclamasset. Quis cœlum terris non misceat & mare cœlo: nō. n. hic displicet uerri fur/ aut latro: neq; homicida miloni. Nō accusat Clodius mechos: aut cetegum Catilina: neq; q̄runt̄ Gracchi de seditione/ tunc. n. conuenienter uerbis Pauli arguerem hoīem aliquo modo ut hoīem/ & dicerem. Inexcusabilis es o homo q iudicas: in quo. n. alterum iudicas te ip̄m cōdemnas: qūo ergo medice nō curas/ te ip̄m: & q alios arguis te ip̄m non arguis: Et q in euangelio & Paulo gloriaris p euangeliū & p̄ceptoꝝ Pauli p̄uaricationē deum inhonoras: Verū cum homo immodestissim⁹ a modestissimis modestiam requirat: & maxime illusorius atq; deceptor/ maxime graues & synceros illusionis & immodestię crimine cum omni audacia & morsu insectet̄/ nescio profecto quibus digne uerbis corripi ualeat: opinor noua meditari ad illum corripiēdum oportet/ tam nouum nobis animal in Theologia noua infœlix nostrum nouum sęculum produxit.

Martinus ut uulg⁹ iperitū decipiat tātis per curat.

Martin⁹ qa ludit seueriss. & grauiss. dicendus est.

Sancti dei homines quia grauiss. & modestiss. illusorii appellādi sunt.

¶ Septimus dolus: in quo ostendit̄ q ille abutit̄ authoritate Augustini quā p fundamēto accipit: & quaꝛ prudenter intelligenda sit. Sup quo pleraq; digna ut a iaduertant̄ cōtra Martini: & similium indignissimam arrogantiam.

Eptimus dolus est: quo facilius arrogantiam ac temeritatē suam contegens liberius suas impietates inserere in xpiana doctrina atq; tutius audere possit. Sentiens homo malus: q omnium sanctoꝝ dictis aduersabat̄ (ut euidentissime patere faciam suis locis) inter alia fundamenta sub quibus miscere corruet/ Augustini tritam authoritatem cui⁹ primus ipse est uiolator/ & transgressor

transgressor/audacter produxit: ait enim Augu. sicut ille uiolans etiam grã maticæ rõnem adducit: nõ enim Augu. uerba fideliter refert: nec forsitan si ne Dei nutu/ opinor ut agnosceremus non satis ei fuisse sensus ueritatẽ per uertere nisi etiam pueris uerbis structuræ simul pderet rõnem: ut omnifari am ac publice corruptorẽ & adulteratorẽ se pstet. Ait ergo sicut (ipse citat Aug.) Ego solis eis libris q canonici appellant̃ hũc honorem deferre didi ci ut nullũ scriptorem eorum errasse firmissime credam: cæteros aũt quãta libet doctrina sanctitateq̃ polleãt/nõ ideo uerum esse credo qa illi sic sense rũt &c. Sed uerba Aug. ita se habẽt. Alios ãt ita lego /ut (qtalibet scitate do ctrinaue polleãt) nõ iõ uerũ eẽ putẽ qa ipsi ita senserũt sed qa &c. Sed qcqd de rõne grãmaticę sit. Ex hac igit̃ auctoritate cõseq uoluit Martin⁹ eẽ xpia nam libertatẽ quemlibet doctorẽ scτm̃ sed præcipue Tho. & Bonauẽ. & re liquos omnes posteriores quos scholasticos appellat p arbitrio penit⁹ reiĳ cere & negare. Sup quo (ut discat melius Aug. sniam intelligere quia neq̃ modum neq̃ modestiam ullam seruat /sed omnia p libidine ad errorum de fensionem ab eo & sui similibus audacissimis trahi consueuerũt) plura pau lo diligentius sunt animaduertenda. ¶ Primo ergo non simpliciter ait Au gusti. q̃ penitus sint reiĳcienda aut nihilifacienda aut etiam contemnẽda cu iusq̃ sanctorum dicta aut scripta (ut audet Martin⁹) ut nihil penitus aucto ritatis sit eis tribuendum. Sed tãtisper/q̃ non sic recipienda sunt sicut cano nicę scripturæ: ita scilicet ut nõ liceat nobis uim & momenta potius rõnis at tendere ac etiam non debeamus scripturarum auctoritatem a qbus discede re est impium: illis omnino prẹponere. At uero q̃ ita passim liberũ sit uni cuiq̃ & pro arbitrio nihil eorum auctoritati relinquere: & p suo sensu quæ cunq̃ dixerint refellere: ubi uel ratio euidens ad oppositum non ducat/uel scriptura non cogat/ex Augustini uerbis nunquam extorquebit malignus homo: cúm alioquin ex eiusdem Augusti. snia acceperimus: non solum ex dictis sanctorum uerum etiã ex factis optimam scripturarũ recipi interpreta tionem. Immo manifeste Augusti. in pluribus ad hanc rem pertinentibus sententiis suis/sese aperiens/nõ in illos moueri declarat qui auctoritati san ctorum cedunt: sed in illos qui ita cedunt/ut eam p immobili fundamento ad irrefragabiliter firmandam ueritatem acciperent: quod in derogationẽ scripturarum canonicarum a quibus dicta sanctorum non distinguerent̃ ce debat: & ita ludibrio essemus hæreticis qui cum aliquos inuenirent in scri ptis sanctorum errores: ad fidei calumnias merito trahere possent: & pp̄ter ea p ea Aug. dicta iure manauerũt canones: quos iste hõ uoluit ignorare: ut eaten⁹ scõꝝ momentis deferat̃ auctoritatis ẽt in causis decidendis quaten⁹ non ex scripturis aut sinodorũ & Pontificum summoꝝ regulis aliter certa definitione constitutum reperiret̃: sicut scribit Leo. qrt⁹ ad Britãniæ epos: ut patet. xx. di. de libellis. Alioqn qũo tam frustra Gelasi⁹ Papa ẽt cũ laude scõꝝ plurimoꝝ libros atq̃ opuscula/tãta diligentia secerneret ab aliis & cõ probaret: ut colligit̃. xv. di. c. ul. si nulla eis pẽit⁹ auctoritas merito tribueret̃. ¶ Scdo nõ dicit Aug. q̃ rõne ẽt urgẽte cõtra q̃libet scõrum dicta si per ea euangelii ueritas non subuertat̃ aut morum non sequat̃ corruptio /debea mus propterea tanta facie/tanta in modestia/tantis furiis: tanq̃ publice to

Verba Aug. d trũcata Mar tino ut & rõ grãmaticæ de struat.

q̃ Augu. ñ ait nullã eẽ scõꝝ auctoritatem sed solũ q̃ nõ tãta est q̃ta ca nonicaꝝ scri pturaꝝ ut co gamur in eoꝝ obsequium.

Aug. super Io.

nius in Tho. præcipue ac deinde in cęteros quos uocat scholasticos ore illo omni spurcitia pleno blasphemauit. ¶ Tertio & si multas contra fidei regu lam dixerint sancti falsitates: si modo etiam eorum sanctitatem non neges quàm uniuersa ꝓbauit ac recepit ecclesia: non tibi tamē concedit Augusti nus: ut tanta immodestia & tot contumeliis inueharis in illos: & tanto cum stomacho & ueneno reprehendas: atq; expressim præcipit: salua omni reue rentia quæ eorum sanctitati debet̃/ defendendam causam ueritatis: sic enim ad fortunatum inquit. Neq; quorumlibet disputationes quāuis catholi corum & laudatorum hominū uelut scripturas canonicas habere debemus ut nobis non liceat (salua honorificentia quæ illis debet̃ hominibus) ali quid in eorum scripturis improbare atq; respuere: si forte inueniremus ꝙ aliter senserint q̃ ueritas habet/ diuino adiutorio uel ab aliis intellecta uel a nobis. Ecce ꝙ solum prohibet haberi dicta sanctorum tanquam canoni cas scripturas: quod supra diximus: & tamen etiam in eorum erratis rephen dendis & corrigendis honorificentiā illis debitam exigit. At tu bone uir o mittens quæ contra te stabant: idq; solum assumens q̄d ad insanam teme ritatem asserendam: non christianam libertatem: trahere posses/ non memi nisti iuristarum legem: licet etiam ut nihil sit quod te nescire profitearis/ iu ristatheologum tete nobis præstiturum pollicearis. Inciuile est (inquit iu risconsultus) non tota lege inspecta de una aliqua eius particula iudicare: & illam alia repugnāte ad prauū sensum adducere. Etsi igit̃ ex auctoritate Au gust. tibi det̃/ ut a Thoma dissentire possis/ & q̃ non placeat libere rephen dere: non tamen tibi dat xp̄iana modestia: sicut & ipse ꝓhibet Aug. ut nulla obseruantia/ nullo honore/ q tam sanctis tanq; ꝓbatis uiris debet̃/ tibi qua si tuo iure hoc arroges. Dices forsan sicut quopiam in loco uideris innuere: ꝙ ꝓuocatus & irritatus ab his pessimis Thomistis: & illis indulgentiarū pco nibus: ideo ēt in Tho. & Bonauen. præcipue excanduisti. Age demus tibi interim etiam falsam istam excusationē: sed q̄d rogo Thomistarū peccatū in Thomā uertis & punis? Est ne ista iustitia in euangelica theologia quā didi cimus? ꝙ p̄r non portabit iniq̄tatem filii. Alioquin si ꝓ peccatis thomistaꝝ blasphemādus est Thomas: iam nō uides ualere hanc rōnem ut ꝓ xp̄iano rū peccatis (scdm hominē loq me cogis) & ipse xp̄s iure sit blasphemādus? sed forsitan aliud respondebis: sicut alibi agnouimꝰ in scriptis tuis: uidelicet ꝙ re uera nō assentiris/ Bonauē. & Tho. uiros fuisse scōs/ cum eorū etiā san ctitatem despicabiliter in dubiū uertis: de q̄bꝰ hæc uerba ꝓfers. Siue sancti fuerint siue peccatores &c. O linguā igneis inurendā carbonibus: q̄d est di cere siue scī fuerint siue peccatores? nisi ꝙ nō est apud te fides eoꝝ sanctita tis? q enim eiusmodi idubium uertit/ iam ipse ꝓculdubio nō credit: & aliis ne credant suadere conat̃. Talis est sermo hæreticoꝝ/ serpit. n. (ait Paulus) ut cancer. Ego uero q̄d ad hæc respondeam? Sed q̄d opus respondere? Ete nim tam scelesta & impia dicta satis idoneam secū responsioēm ferūt. Tibi uero Martine crede mihi q te amo in xp̄o: & Deum testor in animam meā quia te amo: nō ut peccatorem/ nō ut impiū & maledicum/ sed ut præcepto charitatis xp̄i mihi copulatum. Respōdebit tibi cras iniustitia tua. Adstabis ante tribunal Christi Martine & haꝝ rō exactissime exiget̃ blasphemiarū.

[Marginalia, right: ꝙ nūq̄ liceat sine reuerētia scōꝝ opiones improbare. — Verba Augu. — Cū honore re ꝓhēdi scī de bent cū errāt nō cū stoma cho & contu melia. — Hæc est Mar tini iustitia. — Notate uerba q estis xp̄ia ni: notate lin guā Martini.]

[Marginalia, left: l. Ici uile. ff. de leg. — Paul.]

Ego uero interim deo gratias agam postquam tam plane uecors es: ut ita totũ qualis es prorsus te nobis indices: ut nihil laboris aut difficultatis mihi relinquas ad probandas perspicue impietates tuas: quod etiam te latius facturum speramus in dies & procuraturũ cum effectu/ ut quod in uiri boni & spiritales q̃ iudicant omnia (ut ait Paulus) in prima facie agnouerant etiam malis omnibus citra differẽtiam facias manifestum. Reuertor igitur iam unde discessi.

Quarto insuper non dicit Augustinus/ neq; concedit ita penitus aduersus omnes pariter sapere & præsumere/ sicut aduersus unum aut alterum. Cum enim in idem sancti & doctores omnes uel longe plures consentiunt: & tota ecclesia recipit; & gymnasia omnia publice concordantia non aliud docent: non uult Augustinus posse unum aliquem hominẽ tanta presertim arrogãtia insurgere/ & se tãtorũ patrum placitis opponere: & tãtæ consonantiæ resistere: quasi solus ille sit sapiẽs & moritura cum eo sit sapientia. Cum igit̃ doctrina tua (mitto nũc q̃ manifeste in multis scripturæ sanctæ aduersat̃/ quia hoc inferius dilucidissime probandum differo) militet in plerisq; aduersus sc̃tos omnes uel certe plurimos (ut pbabo luce clarius) & in nonnullis id improbet & cõturbet (ut & ipse fateris) q̃d tota iã pridem recepit ecclesia: in oib⁹ aũt contra omniũ gymnasiorũ magistros fronte libera erigas (ut passim ex tuis uerbis licet colligere) q̃bus tanquam perpetuum in eos bellum indicis. Ego certe quo pacto ex Augustini predicta auctoritate hanc tibi tantam uendicare arrogantiam iure possis/ ut tam uehementer contra sapientis præceptum innitaris prudentiæ tuæ/ fateor non intelligo.

Esto patiẽs lector qa pbabitur hoc uere luce clarius.

Diuus Amb. Ego in Sermone meo apud nos/ nu. 47. Sic in laudẽ Petri scri
psi. ¶ Petrus tanq̃ bonus Pastor tuẽdũ gregem accæpit: ut q sibi ante infir uerba Amb.
mus fuerat fieret oibus firmamentũ: & qui ipse interrogationis tentatione
nutauerat: cæteros fidei stabilitate firmaret. Deniq; p soliditate deuotiõis:
Ecclesia℞ petra dicit. Sicut ait Dñs. Tu es Petrus/ & sup hanc petrã ædifica
bo ecclesiã meã. Petra. n. dicit eo/ q primus in nationibus fidei fundamẽta
posuerit: & tanq̃ saxũ immobile totius operis Christiani cõpagẽ moleq; cõ
tineat. Petra ergo p deuotione Petrus dicit: & petra p uirtute dñs nũcupa
tur. Sicut ait Apls. Petra aũt erat Christus. Recte cõsortiũ meret nois qui
cõsortium meret & operis. Ambr. Satis mihi est. O sanctissime Ambrosi &
mellitissime. Ago gr̃as p his uerbis q̃bus hominẽ in plerisq; cõfundã paulo
post. Nõ. n. est pene uerbũ quod statuere cõtra illũ nõ ualeã. Sed unus dũra
xat mihi de Sanctis deest/ quem maxime uelim: qm̃ & aduersarius cũ inter
dum nec sine laude pducere uidet. Opus aũt mihi est hac uti industria: ut
eos cõtra illũ authores exquirã/ quos idẽ recusare nõ uideat. Diuus Ambr.
Scio quẽ tu uelis atq; oportune. Nec. n. poteras hoiem ferme magis oportu
num p eã ista cõtra totam huius pestiferi hois doctrinã. Ambr. Quẽ putas
uelle me dicere? Diuus Ambr. Bernardũ. Ambr. Facile diuinasti. Procedat
obsecro igit & ille: & aliquid afferat. Bernar. Immo multũ afferre uolo: hæc
ego in sermone meo in uigilia Aplo℞ Petri & Pauli. De utroq; aplo eos in
uicẽ cõferendo ad uerbũ locutus sum. ¶ Quid illis potentius dũ fuerunt in uerba
terris? quo℞ alteri tradunt claues regni cœlo℞: alteri magisteriũ gentium. Bern.
Ambro. O q̃ recte ex his. n. uerbis sane colligit q nõ Paulo nõ cuiq; Aplo℞
traditæ claues sunt: sed soli Petro. Quod hic aperto marte impugnat: & oẽs
in hoc aplos æquales facit. Sed dic aliqd altius & apertius si habeas. Bernar.

Audi.

Audi. Etenim nō iam de Petro loqui uolo: sed (quod magis aduersariū tuū urgeat) de Petri successore, ne putent laici sui & imperiti quos ille decipit: nō cōuenire ea cuilibet successori (etsi malo imo & pessimo) quæ Petro rōe officii a Christo tributa sunt. Ita ergo ad Eugeniū Papā scripsi lib. 2. de cōsideratione. ¶ Age indagemus adhuc diligētius quis sis/quam geras uidelicet ꝑ tpe psonā in ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos Magnus: Sūmus Pontifex: Tu princeps epoꝝ: tu hæres Apostoloꝝ: tu primatu Abel: Gubernatu Noe: Patriarchatu Abrahā: ordine Melchisedech: dignitate Aaron: authoritate Moyses: iudicatu Samuel: ptāte Petrus: unctione Christus. Tu es cui claues traditę: cui oues creditę sunt. Sunt qdē & alii cœli Ianitores & gregū pastores: Sed tu tāto gloriosius: q̄to & differētius utrūq; præ cæteris nomē hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges: singuli singulos. Tibi uniuersi crediti: uni unus. Nec mō ouiū: sed & pastorū. Tu unus oīum pastor. Vn̄ id ꝓbē queris? ex uerbo Dñi. Cui.n. nō dico epoꝝ/sed ēt Aploꝝ: sic absolute & idiscrete totę cōmissę sunt oues? Si me amas: Pasce oues meas. Quas? Illius uel illius pplos ciuitatis: aut regiōis: aut certi regni? Oues meas inqt. Cui nō planū est nō designasse aliquas: sed assignasse oēs? Nihil excipit ubi distinguit nihil. Et forte nō pñtes erant cęteri cōdiscipuli/ut cōmittens uni/unitatē cęteris cōmēdaret in uno grege & uno Pastore. Inde est q alii singuli singulas sortiti sunt plebes sciētes sacrm. Deniq; Iacob⁹ q uidebat colūna ecclesiæ/una cōtēt⁹ est hierosolyma: Petro uniuersitatē cedēs. Porro cedēte dñi frē: qs se alter ingerat Petri p̄rogatiuę? Ergo iuxta Canones tuos: alii in ptē sollicitudīs: Tu in plenitudinē ptātis uocat⁹ es. Alioꝝ ptās certis artat limitib⁹: tua extēdit & in ipsos q ptātē accepunt. Nōne/si cā extiterit tu epo cœlū claudere: tu ipm ab epatu depōere: ēt & tradere Sathanæ potes? Stat ergo incōcussū priuilegiū tuū tibi tam in datis clauibus q̄ in ouib⁹ cōmēdatis. Accipe aliud: qđ nihilominus p̄rogatiuā cōfirmat tibi. Discipuli nauigabāt: & Dñs appebat in littore: qđq; iocūdi⁹ erat in corpe rediuiuo. Sciēs Petrus qa dñs est/in mare se misit: & sic uenit ad ipm aliis nauigio pueniētib⁹. Quid istud? Nēpe signū singularis Pōtificii Petri: p qđ nō nauē unā ut cęteri/qsq; suā: sed sæculū ipm suscepit gubernandū. Mare.n. sæculū est. Naues ecclesię. Inde est q altera uice instar dñi gradiēs sup aqs/unicū se Christi Vicariū designauit: q nō uni pplo sed cūctis pesse deberet. Siqdē aq̄ multę populi multi. Itaq; cū qsq; cæteroꝝ habeat suā: tibi una cōmissa est grādissima nauis. Facta ex oib⁹: ipsa uīs eccl̄a toto orbe diffusa. Hæc ego ad Eugeniū.

Apoc. 17.

Ambr. O factū optime atq; oportunissime: & eo magis quo iste uī te pbare & laudare: & in ope psertim hoc tuo/qđ de cōsideratōe uere cōsideratissime ad Eugeniū scripsisti. Et tñ sicut passim apparebit: hæc sola uerba tua oīa ei⁹ (pene dixerim) uerba ad lrām cōfutāt: qsi ad hoc data opa cōposita & mihi cœlitus emissa. Bern. Tu illas nūc utere aduersū istū uirū pessimū ut lubet. Nos aūt reuertamur q æternis fruimur gaudiis. Tu pge & labora ꝓ ueritate. Ambr. Vtinam dignus aliqñ sim. Vos igit æternū gaudete in uisiōe illa btīssima & orate iugiter ꝓ peccatore. Ego aūt iam paucis agā nūc cū Martino pp hæc uerba tua aurea Bernarde. Age Martine. Ad te me nūc uerto: & de re loquor indubitata/nō pp te: qui nō es dignus ut aliquis hoīum rñdeat

Verba Bernardi totam Martini doctrinam cōfūdentia.

Sacerdos Magnus.

Sūmus Pont.

Princeps epo/rum.

Hæres Aplo/rum.

Nota Martine ex uerbo Dñi non iure humano ut ī quis.

Oēs oues Petro assignatæ nō aliq Martine.

Prærogatiua Priuilegium.

Cedit Petro Iacob⁹ frater Domini.

tam īopinabilib⁹ & inauditis īsaniis tuis. Ecce. n. Bernardus ait. Papā ēt Magnū sacerdotē & sūmū Pont. & cætera q̄ mō enarrata. Tu uero: qa uix partē hoꝝ dixit Isidorus: ut mox patebit: ꝑpea canē appellasti. Vt ita penes te ēt Bernard⁹ canis sit. Bernard⁹ ait. Papā Pricipē epoꝝ. Tu Martin⁹ æquas oīb⁹illū epis imo & sacerdotib⁹, ut patebit. Bernard⁹ait. Tā Petro/q̄ Petri successori traditas ēt claues: & tu negas: & ecclīæ traditas poti⁹ dicis/Petrū & successorē & quēlȝ aliū excludēs. Nisi ꝙ postea ipsi(iqs) ab ecclīa accipiūt. ut patebit. Bernardus ait. Creditas eē oēs oues: imo oēs ouiū Pastores Ro. Pont. Et tu ī Blasphemia horrēda nihil ali d facis: nisi ꝙ negas: & excipis ꝑ grecos & Affricāos & Asianos. Bernardus asserit hęc ex uerbo dn̄i. Et tu dicis: ꝙ Primat⁹ Ro. Ecclīæ (q̄cūq; sit) nō fuit de iure diuīo sed hūano a Constātino. iiii. Bernardus dicit. ꝙ hoc ꝓbat̄ ꝑ illa uerba. Pasce oues meas. Et tu audacter cōtra. Bernardus ꝑ illa uerba. Oues meas. ītelligit oēs oues: dicēs ꝙ nihil excipit̄ ubi nihil distinguit̄: sicut & alii ītelligūt. Et tu clamas ꝙ ibi ꝑ oues meas ītelligunt̄ tātū oues circūcisiōis. Bernardus uult unū gregē & unū pastorē & cōmendat unitatē uerbo dn̄i cōmendatā. Et tu scindēs & destruēs q̄tū potes qd dn̄s & Bernardus cōmēdat/schimata & scissuras excitas q̄ a Diabolo cōmēdāt̄: factoq; & suasu diaboli īuēta sūt. Bernard⁹ submittit cæteros ap̄los Petro/ēt Iacobū frēm dn̄i q uidebat̄ colūna ecclīæ: Et tu mō æquas illos Petro/mō ēt maiores facis. ut patebit. Bernardus appellat Priuilegiū Petri & ꝓrogatiuā Petri ī illis uerbis a dn̄o cōstitutā. Et tu: qa Nicola⁹ sīr priuilegiū appellauit: ipiū uocasti & puertētē uerba xp̄i. Ergo & Bernar. ipi⁹ & xp̄i uerba puertens. Bernardns approbat decreta quibus plenitudo ptātis Papæ declarat̄. & alios epos uocatos ī ptē sollicitudīs asserit. Tu uero decreta talia frigidissima īpiissīa & cōtra Euāg. iactas. Bern. ait ꝙ Papa epos & īdifferēter quēlibet pt̄ depōere: & cœlū ei claudeṙ: & Sathanę tradere. Et tu Martin⁹ (qd lōge min⁹ ē) negas Papā posse eligere aut cōfirmare epos oriētales/asiāos/uel affricanos/uel grecos. imo maiorē Blasphemiā nō abhorrēs (ut uidebimus) ais/ꝙ eps Achati⁹ Liberiū deposuit: q̄si qlibet eps depōere Papā iure possit. q̄q̄ neq; iure neq; fcō hoc Achatius. unq̄ fecisse legit̄ (ut suo loco dicem⁹) ꝑserti in Hieronymo quē tu ꝑfers. Bernardus Ro. Pōtificē ulēm pastorē eē dicit: cui uniuersa ecclīa ē cōmissa fcā ex oīb⁹ pticularib⁹. Et tu bōe uir ī effusiōe uerboꝝ ꝑ loquēs dixisti: ꝙ Ro. Pont. nō est ulīs eps: decept⁹ authoritate Gregorii & cōcilii aphricani cui⁹ mētē n̄ pcepisti: & īsup ut magis uerba effūderes dixisti: ꝙ nec fuit nec ē nec erit unq̄ sup græcię affricę & asiæ epos. Dixisti nec erit unq̄. Tu Martinus nou⁹ Daniel ꝓpheta fals⁹ ēt de pterito: qd ergo d futuro ꝑpādū? Et hęc q̄ Bern. ait (q̄ oīa dcā tua ī his tuis dissolōnib⁹ facile ac fœliciter cōfutāt) nō a Bernardo solo, dcā: sȝ penit⁹ ab oīb⁹ scīs. Sed iō Bernardū hoc ī loco ꝓduco qa (ut dixi) tu ei⁹ authoritatē ī tuis scriptis ꝓbare uis⁹ mihi es/& hūc spālr libiū de cōsideratiōe ad Eugeniū cōmēdasti: forte qa audisti ꝙ ibi mores curiæ rep̄hēdūt̄: & ne sciebas ꝙ ibi ēt tota doctrīa tua cōfutabat̄: & iō oportuit scire & n̄ sciolū eē: legere & ītelligere & nō negligere. Scrutari scripturas in sp̄ū humilitatis & nō supbiæ. Et iō iā īcipis opior nudat⁹ appere usq; ad pudēda: Sed patiēs obsecro sit lector: qa passim magis ac magis fiet ut discāt impii nō tā secure Blasphemare cōtra Dn̄m & Xp̄m dn̄i. La⁹ IESV & MARIAE AMEN.

Nota lector qd differat tota Martini & Bernardi doctrina.

Nota lector & cōprobabis

¶ Tertia Disputatio contra argumentum quod a laicis suis didicit, uel mutuo accepit Martinus. quod his uerbis profert.

i Am illud uide qđ & a laicis obseruatū ipse didici (est. n. in laicis ēt spūs xpi). Verbū hoc xpi non posse ad solū Petrū dictū intelligi/ qa Christus nō solū Petrū sed oēs Aplos reqsiuit dicens. Vos aūt quē me eē dicitis? Nō dicit/ tu Petre quē me esse dicis? nisi ergo p Petrū oēs discipuli rńdissent: certe discipuli non fuissent/ nec Magistrū audissent/ nec satisfecissent interroganti/ quod est impiū de Aplis sentire.

Quid agis Martine? quid agis? iam ne egere incipit laicorum patrocinio tua hæc doctrina tam remota tam abscondita ab oculis nostris? Nam quomodo ad testimonium laicorum declinas tu tantus Theologus? Sed age uideamus iam, si in tuis laicis istis sit spūs dñi an spiritus tuus potius: aut si tā beatos oculos habuerūt, ut ea uiderint: quæ sancti Dei hoīes nō uiderūt. Plures. n. egregias consequentias ex eorū dictis licet colligere. Primū est qa Christus oēs reqsiuit Apostolos dicēs. Vos aūt quem me esse dicitis? ideo etiā sequentia. Tu es Petrus ad omnes pertinent. ¶ Sed ut incipias nunc iam in hoc argumento tecū & cū laicis istis tuis pugnare. Proba nobis quod Christus oēs Apostolos requisiuit & non Petrū solū: unde hoc habes? quippe manifestum est inquis: quia Christus nō dicit. Tu Petre quē me esse dicis? Sed ita. Vos aūt quem me esse dicitis? Si igitur ualet hæc ratio: iam nobis cōstat quod si dixisset. Tu Petre &c. Solum Petrum rogasset: sed quia dixit. Vos aūt &c. Omnes rogat. An nō ex hoc planissime nobis cōstat? q qn inferius dicit. Beatus es Simon Bariona, nō ad omnes loquitur quia nō dixit. Beati uos &c. Sed solū, Beatus tu Simon Bariona, Alii enim nō erant Simon Bariona, & ideo ad Simonem Barionam dirigit Sermonem. Si uerū est igitur quod ais pro te: quod si superius dixisset. Tu Petre quem me esse dicis? Solū Petrum interrogasset, quia dixisset. Tu Petre. Quare hoc in loco non sit uerum p nobis? cū dicit. Beatus es Simō Bariona, q dicit ad solum Simonē Barionā? & quare cum subdit. Et ego dico tibi. Nō illi dicit? & cum item sequitur. Tu es Petrus, nō solum Petrū intelligit? & cum etiam sequitur. Tibi dabo claues regni cœlorum. Intelligis pro tibi, q dicat oībus? in ista noua grāmatica. Tibi, idest omnibus dabo? & ita totum textum corrumpis. Si. n. (ut tu fateris) si superius dixisset. Tu Petre, omnino solum Petrum ppter uim solam uerborū intellexisses. Cur non & modo. Tu es Petrus, intelligitur solus Petrus? cum eadem uis sit uerborū? An non est hoc uere lacerare scripturas? & ad suum sensum inuitas ac uiolentissime traducere? cum in eadem penitus uoce: manifestissima uiolentia: modo hoc: modo alterum & contrarium audire uelis? Sed quæ tandem rogo consequentia est ista? qua figura constat? Oēs discipuli fuerunt interrogati: ergo omnibus fuit dictum. Tu es Petrus. Quasi uero Dñs responderit ad interrogationem suam: ac non potius ad responsiōem quam solus Petrus fecit. Comparentur igitur dicta quæ tu affers & quæ nos probamus: & iudicent uel ipsi iidem laici tui. Tu dicis, uerbum Christi. Tu es Petrus &c. Nō posse ad solum Petrum intelligi: quia nō solus Petrus, sed omnes pariter sunt interrogati. Nos dicimus. Verbum hoc idem Christi. Tu es Petrus &c. Non potest sane intelligi nisi ad Petrum solum, quia nō Domini interrogatio meruit huius tam beatæ replicationis beneficium: sed responsio. Responsioni enim danda erat merces & confessioni fidei, & non interrogationi: & quia in rńsione oībus præualuit Petrus (ut patet ad sensum nō solū laicorū sed & pecudū, & propterea in hoc oēs sci expositores eū laudant, quia primus respondit, nō quia primus tunc iam in Apostolatu quo uis modo, Sed quia primus in feruore, aliorū responsum præoccupauit) Ideo Christi uerbum ad solum Petrum pertinet tanquam caput ut diximus. Neq quicq̄ obstat, q interrogati sunt omnes. Non enim pensanda interrogatio est, cui nō debetur merces. ut diximus). Immo uero & in hoc potius pensanda, ut magis per eam declaretur Petrum meruisse sibi hanc retributionem. quia cum omnes interrogantur, solus tm̄ in pclarissimo cōfessionis respōso oēs alios anteuertit ac supauit. ¶ Secunda cōsequentia est. Cæteri discipuli non responderunt: ergo peccarunt: ergo desierunt esse discipuli. O tenellam conscientiam Martini & laicorū suorum: Deglutientē Camelum & excolātem culicē. An rogo amittitur discipulatus tam facile quia interrogati, uel timore ac reuerētia coram tanto Domino, uel præuenti a feruore illo tanto Petri, aut quauis alia causa bona, & forsitan Dei nutu responsionem suspenderunt? quid si etiam aliquantulam eorum frigiditatē confiterer? de quo sæpe alias sunt tanq̄ modicæ fidei increpati, etiam ipse Petrus? an rogo dignos facis apud tam clementē Dñm cōtinuo amittere discipulatum? an desiit esse disci

Martinus contra Martinū.

Prima consequentia Martini.

Cōparatio dictorū Martini & authoris.

Secunda cōsequentia Martini.

Cōscīa Martini.

pulus Petrus paulopost cũ Magistro eã aduersať? An nõn dixi q̃ tu facis nobis nimis du ꝑ Deũ nostrũ? & cogitationes tuas ĩpatiẽtiæ & excandescentiæ plenas, putas esse cogitationes Dei? Quõ ergo scrutaris scripturas, in qbus te tantũ facis? Præterea an nõ tu inq̃s? q nã tibi bene cedit. Apl̃os et ambitionis crimine accusas. Nũc uero q̃ Dño nõ subito r̃nderent interrogãti ꝑ magno ducis peccato. Nõ est impiũ de Apl̃is sentire eos ambitiosos fuisse authoritate Martini. Et eadẽ penitus authoritate impiũ est existimare: eos dño interrogãti nõ r̃ndisse. Leuiculum.n. peccatũ est ambitio q̃ ex superbia descendit apud Martinũ. Nõ r̃ndere aũt, quod ex timiditate ac reuerentia potuit facile pcessisse, Magnũ intolerabile peccatũ neq; existimãdũ in Apl̃is, licet et scriptura ꝑ hoc faciat. Hæc Martini doctrina Præterea nõ uides q̃ Dñs simpliciter interrogat quasi tentãs illos? neq; ꝑ hoc iubet ut sibi a singulis r̃ndeatur? Quid ergo peccãri fuit nõ respõdere? si uere nõ responderunt. Ridiculum aũt est dicere q̃ per Petrum r̃nderint. Primo qa adhuc nõ satisfecissent. Nemo.n. recte satisfacit cum per se põt, si per aliũ respõdet. Sicut.n. respõderunt ꝑ se interroganti de alioꝝ opinione dicentes. Alii Ioã. Bap. alii Helyam, alii Hyeremiã, aut unũ ex Prophetis, ita potuissent de sua quisq; opinione dicere. Secũdo. Fortassis et, & pbabiliter credi põt: q̃ post Petrũ singuli eius cõfessionem cõfirmauerint, licet Petrus feruentior eã prius ptulisset. Nõ.n. omnia in Euangelio scripta sunt. Tertio. Petrus nõ legitur singulos interrogasse de sua fide: ut sic posset respondere ꝑ illis. Quarto. Nec legimus ab eis mãdatũ accepisse de sic respõdẽdo. Præsũpsisset ergo Petrus sibi arrogãs alioꝝ uocem & responsionẽ. Ad de q̃ & Iuristæ aiunt. Mãdatũ plerũq; cõstituiť per absentiã: aut cũ supersenos ipsi r b̃ n̄ris quauis cã nõ possumus. Quid igiť oportuit Petrũ pcuratorem in respõdendo cõstituere cũ essent ipsi p̃ntes? Et facilius atq; efficacius de sensu suo respõdere potuissent? sicut alioꝝ qui super aliis interrogati r̃nderunt? Nõ uides q̃ puerilia ista sunt? Quinto qũo de eoꝝ fide potuit r̃ndere: de qua nec certus erat: nec esse poterat nisi p reuelationẽ? quæ cũ in scripturis nõ aperiať temere præsumereť. Vltimo nõ uides q̃ friuolũ est, q̃ ideo Petr⁹ respõderit ꝑ Apl̃is qa ipsi fuerint interrogati? cũ r̃nderit pariter ꝑ oĩbus fidelibus & tota ecclesia (ut tu ais) q tamen interrogati nõ sunt. Recognosce ergo tandẽ ueritatem, ut tot laqueos euites: & plane procedent omnia: uidelicet q̃ in littera solus Petrus, & pro se respondet: at in mysterio, ꝑ tota ecclesia tale r̃nsum, a dño acceptatũ est, in Petri persona Typum ꝑ oĩbus fidelibus gerente: & in hũc sensum diciť respõdisse pro omnibus.

Ridicula opinio Martini.

I.i. de pcu.

Quõ Petr⁹ ꝑ Apl̃is & oĩbus fidelib⁹ Xp̃m sit confessus.

¶ Quarta Disputatio super uerbis eiusdem pro altiore intellectu Euãgelii, ubi deprehẽditur contrarius sibi: & dissoluiť q̃dã eius cõsideratio: & retorqueť in illum.

Relinquiť ergo quod Christus r̃nsum Petri acceptarit nõ ꝑ solo Petro, sed ꝑ toto collegio Apl̃oꝝ & discipuloꝝ: alioqn & alios quoq; denuo iterrogasset. Ex qbus ulterius sequiť q̃d sicut Christus pſonam r̃ndentis Petri ꝑ oĩbus acceptat: ita sequenter quoq; nõ ad solũ Petrũ: sed ad oẽs in quorũ persona Petr⁹ loquiť, dicat. Tu es Petrus, tibi dabo claues &c. Alioq scriptũ nõ recte intelligiť nisi pcedentia & sequẽtia recte conferanť, atq; ut hoc eo sit certius nõ soli Petro a Christo aliqd dictũ esse, exponit se ipsum Christus, cui loquať & cui tradat claues dicens. Beatus es Simon Bariona. Caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed P̃r meus q̃ est in cœlis. Obsecro qd hic põt cõtra uel fingi? qd aptius dici? q̃ q̃ Petrus in hac pſona nõ est Petrus, nõ est caro & sanguis, sed est is cui reuelat p̃r, oĩo. Petr⁹ extra hoiem poniť, & iã nõ est ulla pſona p se: sed reuelãtis p̃ris auditor, nõ Simõ Bariona hæc r̃ndet: nõ caro & sanguis: sed reuelatiõis p̃rnæ auditor. Põt ne hic calũniator ullus uerbũ Christi ad Petrũ hoiem torquere? Quid ergo? is qui auditor est paternę reuelationis huic danť claues, nõ Petro, nõ filio Io. nõ carni & sanguini. Quod si ita est: ꝑnum iam sequiť: qd nulli priuato hoĩ datę sunt claues, sed soli ecclesiæ: quia de nullo priuato hoie certi sumus habeat nec ne reuelationẽ Patris. Ecclesia aũt ipsa ẽ de qua dubitari nõ licet: cũ sit corpus Christi una Caro, eodẽ spiritu uiuens quo Christus,

Vide ut exagerat.

Certum est inquis quod Christus respõsum Petri,nõ pro solo Petro acceptauit,sed ꝓ toto Apostoloꝝ collegio:& ideo sequitur quod sicut Christus personã respõdentis Petri ꝓ omnibus acceptauit:ita cõsequenter nõ ad solum Petrũ,sed ad oẽs in quoꝝ persona loquitur Petrus:dicat. Tu es Petrus&c.Sed iteꝝ uide, ut tu ipse te ipsum impugnas.Tu iam fateris q̃ Petrus respõdit, & q̃ solus respõdit,licet ꝓ omnibus respõderit. Et nos etiam tibi cõcedimus q̃ ꝓ omnibus respõderit eo sensu quem declarauimus. Ergo sequit̃(inquis) q̃ Dñs nõ dicat Petro.Tu es Petrus &c. sed omnibus.Quæ est hæc sequela?Petrus respõdit ꝓ omnibus:ergo Dñs dixit omnibus.Immõ debuisti dicere,quia Petrus respondet ꝓ omnibus:ergo Dñs dicit Petro ꝓ omnibus. Decens igitur & cõgrua ista sequela est. Quia Petrus respõdit,& solus respõdit, ideo Dñs Petro loquitur,& soli Petro loquitur.Sed q̃a Petrus nõ respõdet ꝓ se tantum,sed ꝓ omnibus,ex eo quia Dñs ꝓ omnibus acceptauit responsum:ideo cõgruenter sequitur ut soli Petro Dñs ꝑmittens, non ꝓ solo Petro ꝑmittat:sed ꝓ omnibus.An non agnoscis(& si stupidissimus)differentiam inter dissolutionem tuam & resolutionem Thomistæ?inter tuam cõfusionem , & distinctionem nostram?poterat deduci ista sequela cõgruentius?Attende etiam ut uel ipsi tui laici percipere ualeãt. Dñs interrogat oẽs.Solus Petrus præ feruore fidei respõdet.Agnoscit feruorẽ Dñs. Agnoscit & responsum.Acceptat illud quod a Petro processit.Cape recte quæ dico: in persona ipsa Petri,etiam ꝓ nõ respondentibus,& nõ solum assistentibus, sed quibuscũq; qui in eã fidem aliq̃n conuenirent,& idonei ad claues accipiendas forent.Bene cõgruit ergo iam:ut in Petrum solum sermonem dirigat , quem solum respõdentem audit:ut excellẽtiæ suæ fidei,principatus quoq; excellentiam indulgeret:atq; ita illi principaliter claues traderet: sicut principaliter respõdit: ita & cõsequenter pro oĩbus traderet sicut pro oĩbus illa confessio acceptata fuit:ut & tu fateris.Et ideo cõgruũ fuit,ut ei soli loquereẽ,quia solus rñdit,& ei soli claues traderet & super eũ ecclesiã ædificaret, quia respondendo solus tanq̃ caput omnium pro omnibus fuit acceptatus: & ideo ei dico, & soli dico,tanq̃ capiti: quia tanq̃ caput respondet.Feruor fidei facit illum solum caput in respondendo, Dominus illum solum caput constituit in accipiendo claues;Nõ tamẽ ita solum, ut nõ & in totam Ecclesiam hoc clauiũ beneficium per illum diffunderet : cũ ut diximus totius Ecclesiæ reliquæ fides in uoce Petri fuerit acceptata.Sed dico solũ tanq̃ caput.Per Petrũ ergo confitet̃ reliqua ecclesia fidem suam.Per Petrũ igitur claues accipiat. Petrus a Dño acceptat̃ uelu ti medius in rñdendo,accepteẽ pariter ut medius a reliqua ecclesia,ut per eũ accipiat claues.Et hoc est sacramentũ huius loci atq; mysteriũ:q dqui nõ acceptauerit merito anathema sit.Vides ne ergo iam ut cõgrue succedũt ista recto iustoq; suo ordine?ut cõsonat lrã? ut facti ueritas sicut ex lrã habet̃ custodit̃?ut seruat̃ mysteriũ & sacramẽtum? Agnoscis ne tandem Martine q̃ uero omnia cõsonant ? Nõ te uro cũ ista tam aperte, tam plane,tam perspicue,Thomista ille oĩum frigidissim' expono?An forsan oportet q̃cq̃ fingere(sicut tu ais)ad cõponenda oĩa?Sed age uideamus q̃d sequitur ex his,Ita enim subdis.

Martinus contra Martinũ.
Sequela Martini.
Compara sequelã tuã seq̃ lã Thomistæ Martine.
Notet̃ hæc p itellectu Euãgelii & expositione scõꝝ.
Pro Petro & ei' primatu.
Nota Martine.

Quinta Disputatio:in qua sibi ipsi contrarius probatur:& plures alii eius errores adnotantur de suis quæ sequuntur uerbis.

Ecclesia ipsa ẽ Petr' ille auditor reuelatõis& acceptor clauiũ,q̃a hic Symbolũ stat firmiter.Credo ecclĩã scãm cõionẽ scõꝝ,nõ ut nũc aliq̃ somniant.credo ecclesiã esse Prælatũ:uel aliud q̃d fingũt : Totus mundus cõfitet̃.Credere sanctam ecclesiã catholicã,aliud nihil esse quã cõionem scõꝝ: unde & antiquitus Articulus ille scõꝝ cõionẽ.nõ orabat̃ ut ex Ruffini Symbolo exposito uidere licet . Sed glossa aliqua forte ecclesiã sanctã catholicã,exposuit scõꝝ cõmunionẽ:quod successu tpis in textum relatum,nunc simul oratur.Sed o,necessariũ & optabilissimũ factũ pp eos q̃ ecclesiã hodie q̃d uis potius uocant quã scõꝝ cõionẽ. Hæc Martinus.

Sed non diximus quod ille confingit monstra quæ uerberet ?non diximus q̃ secum ipse sæpe magis q̃ nobiscum pugnat?mitto quod satis supra dictum est:utrum ad ecclesiam an ad Petrum referantur uerba illa. Tu es Petrus & super hanc petram &c. Primo enim qui sunt illi Martine qui exponunt in eo loco Symboli . Ecclesiam,idest Prælatum?Cur confingis hæc?ut scilicet chartas impleas pro laicis tuis,qui chartas numerant . Quamuis in loco:Ecclesiã pro ipso Prælato accipere(quia caput Ecclesiæ est & uirtute illam cõ

Martinus fingit quæ sprobare possit.

Prælatus p ec clesia est uirtute, & in noie ecclesiæ sæpe intelligitur.

tinent) non esse inconueniens. Et Chrisostomus laudatissimus scripturæ tractator, facile docet Matth. c. xviii. ubi uerba illa. Dic ecclesiæ. Ita exponit: idest dic Prælato. In quo quasi uirtute esse ecclesia dicitur, sicut regnum in regente. Deinde cum hic dicas, Ecclesiã claues a Domino obtinuisse, & illam unicam de qua loquitur Symbolum idest uniuersalē. Quid igitur est q̃ contrarium sæpe loqueris? ut infra etiam adnotabimus, his uerbis.

Martin' cōtra Martinum.

¶ Credo iam hæc ferme fidem factura: hanc Matth. authoritatem, neq̃ ad Petrū, neq̃ ad successorē, nec ad unam aliquam ecclesiã: sed ad oēs ecclesias pertinere. ¶ Et paulo post. ¶ Quare nonnisi de ecclesia Christum esse locutum clare intelligitur; nec de una aliqua: Sed de qualibet in qualibet parte mundi. ¶ Ecce igitur quia modo, uni ecclesiæ, & illi uniuersali datas claues dicis, modo nō uni sed omnibus. Obsecro igitur intellige saltem te ipsum, & cōcorda tecum, ut sciant qui te sequunt̃ quod nam dogma sint secuturi. Sed nihil mirum si uerificas quæ Apostolus de te ac tui similibus ita prædicat, nō intelligentes quæ dicunt, neq̃ de quibus affirmant. Porro q̃ in Symbolo de tua authoritate cōfundas duo illa quæ distincte a pluribus Sanctis exponuntur, & tanq̃ distincta accipiuntur ab uniuersa ecclesia, eo prætextu q̃ Ruffinus illum uersiculū præterierit, facis pro solita audacia tua: Sed si dignatus esses uidere beati Thomæ expositionem & aliorum: immo & Ioã. Gerson. Nō tam temere confudisses fidem de ecclesia, & fidem de sanctoꝝ cōmunione. Et didicisses longe aliud esse credere sanctoꝝ cōmunionē: aliud credere ecclesiam. Sed qui sanctorum cōmunionem impie neges & merita eoꝝ quæ prodesse nobis possint nō admittas: q̃d mirum si etiam hæc uerba Symboli? quia contra te stant. Coneris nouo dolo elidere? Sed nō patitur tempus omnia tua uana cōmenta ad filum discutere. Infinitum. n. mihi opus & inextricabile negotium sumerē. Nam q̃ ecclesia sit idem semper q̃ sanctoꝝ cōmunio (ut tu inquis totum mundum prædicare) falsum est: quia nobis Christus ecclesiã sæpe ex bonis simul & malis prædicat constitutam. Quod pluribus Euangelii parabolis latius patet. Et si quid tu in scripturis profecisses haberes hoc pro trito: sed ad alia procedo. Pau.

Quid per Ecclesiam & sanctoꝝ communionē in Symbolo.

Error supin' Martini.

¶ Sexta Disputatio in qua ubi maxime toto opere suo decipiatur Martinus detegit̃: & quid per Romanam Ecclesiam intelligatur.

Sequitur autem & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. Si per hãc petram intelligimus potestatem Papæ/uide quid facimus. Primū sequitur/q̃ ecclesiã primitiua Apostoloꝝ non fuit ecclesia: quia Petrus ut solidis probem argumentis. Anno. XVIII. adhuc fuit Hierosolymis nec dum uiderat Romã/quod ex Paulo ad Galatas fit q̃ scribit se post conuersionē sui abiisse primū in Arabiã. Deinde post annos tres uenisse Hierosolymã uidere Petrū: ac postea post. xiiii. annos ascēdisse & cōtulisse cū Iacobo Petro & Ioãne euāgeliū præputii. Quis aūt insaniat quæso ut Orestes? Ecclesiã Hierosolymitanã & catholicã non fuisse ecclesiã: q̃a ptãs Romanæ ecclesiæ nōdum fuit nec forte fides eius? Non ergo supra petram idest potestatem Romanæ ecclesiæ sicut decreta quædam exponūt. Sed supra fidem a Petro totius ecclesiæ persona cōfessam ædificata est. Cū & uniuersalis & catholica ecclesia tanto tempore ante Ro. Ecclesiã fuerit.

Obserua Lector quō toto opere hæc eadem, & q̃ sine fine inculcat.

Vere magnus est labor tot stultitias persequi. Et presertim quia toto opere eadē hæc semper inculcat; attamen pp pusillos sumendus mihi est. ¶ Primū ergo Martine nemo dicit p petrã intelligi ptãtem Ecclesiæ, Sed per petram intelligit Petrū & quēlibet eius successorem Christi Vicariū, & Papã, hñtem tñ ptãtem in uniuersa ecclesia. Deinde pba nobis strenuissime pugnator istã consequentiã, q̃ si per petrã intelligamus Papæ ptãtem sequat̃ q̃ primitiua. Sicut uocas, ecclesia Hierosolymitana non fuerit ecclesia, propter hoc q̃ Petrus non erat Romæ? Tu credis in ignorantia tua crassissima: q̃ Thomistæ arbitrent̃ non fuisse eum Papam, neq̃ habuisse Papæ potestatē, anteq̃ esset Romæ: Et ita ab ipsa Roma procedere hanc potestatem: & non econtra ipsam Romam seu ecclesiam ab ista potius potestate, & in ipsa fundatam. Error hic est supinissimus, crassissimus, & carnalem habēs intelligentiam. Et ideo nō miror laicos illos tuos decipi: qui per Romanam Ecclesiam illã inuiolabilem non perituram (ut eos doces) intelligūt forte ciuitatem, & Roma. homines. Et mœnia, & non potius Papam ipsum Romæ Præsidentem, atq̃ uniuersam regentem

Decæptio cauillosa Martini.

Error Martini in quo toto opere peccat.

Ecclesiam: ut supra declarauimus. Tertio ais, quis aũt ita insaniat quæso ut Orestes? Ecclesiam Hierosolym. & catholicam non fuisse ecclesiam? Videris igitur consentire nũc (nisi & aliter expo sueris) q Hierosolymitana tunc cum Petrus ibi erat, erat catholica Ecclesia & sic uniuersalis, quia idem est catholica quod uniuersalis, quod si concedas: Tunc sic arguo (ut intelligas & tua cõmenta & ueritatem ipsam stare aduersus te ipsum) Si Hierosolymitana ecclesia erat uniuersalis, & nunc Hierosolymitana non est, uel sequitur fm tuum intellectum quod uniuersalis ecclesia non situ lterius, quia Hierosolymitana ulterius non est, quod impium est dicere: & contra uerbum Christi: uel q Hierosolymitana ecclesia illa, etiam nũc sit: quod uerissimum est in hunc uerissimum & acceptissimũ sensum. Illa ecclesia uniuersalis: uel potius quæ locum & uirtutem uniuersalis habebat, quæ tunc dicebatur Hierosolymitana quia erat Hierosolymis, illa eadem nũc est, Sed est Romæ: & mutatione nominis non est mutata ipsa. Nam tunc sedente Petro ante Iacobũ Hierosolymis dicebatur Hierosolymitana. Deinde sedẽte Antiochiæ, illa eadem penitus mutata est nomine solum in Antiochenam: & sic dicta maxime fuisset antiochena. Si Petrus & successores ibi mãsissent: Porro postq̃ Romæ sedit usq; huc, ipse & eius successores, ipsa eadem penitus ecclesia dicta ẽ Romana: ita ut non mirer q nominũ hæc mutatio te in his ual de idiotam & laicos illos facile cõturbet. Sed non sic est, ut nominis mutatione mutetur res, & per hoc possumus dicere q Ro. Ecclesia etiam tunc erat, in hunc sensum: q illa ecclesia quæ nunc Romana dicitur, per Romanã intelligẽdo catholicã, ut intelligimus & Sancti intellexerunt: & in concilio economico declaratũ est, uel per Romanam primariam Ecclesiam, & quæ uice uniuersalis est (nomina.n. ad placitũ nobis seruiũt: ut ait Philosophus, & certum est) erat etiã tunc ante cum Petrus Romæ esset, quod uerissimũ est: & qa cũ Theologo mihi res est. Bonũ erit opinor afferre simile exẽplũ de scripturis: licet facile non sit intellecturus. Ex Euangelio ergo habetur q Christus erat anteq̃ Abraham esset. Quõ erat Martine cum non sumpsisset carnem, neq; diceretur Christus? quoniã ad hoc quod Christus recte dici posset humanitas erat necessaria: in hunc igitur sensum dicitur. Christus erat anteq̃ Abraham esset. i. ille filius Dei, qui tunc loquebatur & dicebat Christus, erat anteq̃ Abraham esset: licetũ tc Christus nõ diceretur. Ita & Romana ecclesia: erat anteq̃ Petrus Romæ esset: quia uniuersalis & primaria Ecclesia erat licet nõ diceretur Ro. Ecclesia. Sicut & Leo. X. erat ante annũ. xx. licet Leo tũc nõ appellaret. Similiter sicut est eadem potestas in singulis Pontificibus nec illa mutat ipsis sibi inuicem succedentibus. Ita neq; ecclesia uniuersalis neq; eius potestas perit, etiam si multæ gẽtes ab ea: & etiã ecclesiæ subtrahantur, neq; etiam ecclesia primaria perit: ppterea quia loco mutata sit: & modo sit Romæ: aliquando Antiochiæ, aut alibi sicut Deo placuerit: Nec.n. scitur de scripturis constitutam esse aliquam certam ecclesiam primariam ab ipso Domino: Sed solus princeps ecclesiarum: & ille primariam facit ecclesiã ubi, ubi, sederit. Et uere rudia ingenia sunt quæ capere hæc non ualent. Miror autem te tantum Iurista Theologum ex uulgari. l. proponebatur. ff. de iudi. Sapere eiusmodi non potuisse. Nihil ergo concludis nisi intelligendo per ecclesiam Ro. Romanos ipsos dũtaxat & Romanoꝶ collectionem. Sed sic nos, ut declarauimus, nõ intelligim⁹, Sed ulem ecclesiam q̃ nunc Romana dr propter ipsum Pontifi. Romæ sedentem, uel primariam ipsam Ecclesiam, quæ Romana est pariter propter eundem sedentem: Et ideo in toto opere hoc tuo nihil penitus aduersus nos: Sed solum in tua monstra quæ confingis, ut uerberes ea.

Quid p Ro. Ecclesiam intelligatur. Ex eius ignorãtia oleum & operam reddidit Martinus.

2

¶ Septima disputatio ubi conferuntur tex. Euang. quos producit ibiq; plura digna, ut legantur si quis nosse Martinum cupiat.

Vlterius Matth. xviii. in plurali numero dicit non ad Petrũ/non ad Aplos: sed ad ecclesiã dicẽs. Si ecclĩa nõ audierit/sit tibi sicut ethnic⁹ & Publicanus. Amẽ dico uobis q̃cũq; ligaueritis sup terrã erũt ligata & in cœlo. Accede nũc q̃ uoles: & hũc cũ illo loco cõfer: ille sonat soli Petro datas claues: hic negat: & nõ soli datas asserit/qũo utrũq; stabit? Cõcordãdũ itaq; est utrũq; uerbũ qd idẽ Christ⁹ dixit. Si soli Petro collatæ sũt, mẽdaciũ est qd hic dicit oĩbus collatas. Quis aũt nõ uideat hunc posteriorem locũ esse interpretẽ Prioris? & in hoc rem esse clare expositã? Illic uero in Petro unitatẽ multoꝶ in ecclesia cõmẽdatã? Quin/uide quoddã mirabi

Qui fronte mẽdacia hæc iactat.

Nota mirabile magnum.

le:illic incipit ab oībus dicens. Quem me uos esse dicitis &c. Et finit in uno
Petro dicens. Tu es. Et tibi dabo. Hic cōtra: incipit ab uno dicens. Si pecca
uerit in te frater tuus &c. & desinit in oībus dicēs. Quæcūq; ligaueritis sup
terrā &c. Nō ne clarū est per unū Petrū illic idē uoluisse. qđ hic per uniuer
sos? & claues nō esse ullius hoīs singularis: sed ecclesiæ & cōitatis? ut firmū
sit sacerdotē nō suo iure/sed ministerio (quia ecclesiæ minister est) ecclesiæ
clauibus uti? nec tanq̄ suis aut sibi/sed ecclesiæ traditis.

Sed examinemus more nr̄o stultitias istas. Accede (inquis) nūc qui uoles. Accedo, & hunc
locum (inquis) cum illo cōfer. Age cōfer tu prius. Deinde ego cōferā, ut cōferāt dicta Tho
mistæ. Immo uere antiqua doctoꝝ dicta, Martini dictis. Ecce inquis, ille sonat soli Petro
datas claues: hic negat & nō soli datas asserit. Ego aūt dico, & nota Martine, qa scripturæ di
ligenter & subtiliter annotandæ & scrutandæ sunt, & pensanda uerba, & sancti interpretes
cōsiderandi, & nō ita persuntotiæ transeundū: Ego inquā dico ut supra dixi, ꝙ ille supe

Prima adnotatio contra mendacium Martini.

rior. Matth. textus sonat soli Petro ꝓmissas claues, & cōsequenter aliqñ datas, ut capiti to
tius Ecclesiæ, & quod hic tex. non negat hoc, neq; asserit non esse datas illi soli, Immo dico
tibi: ꝙ dn̄s Deꝰ nūq̄ aliis ꝓmisit uel dedit claues regni cœloꝝ nisi Petro soli, ueluti Dn̄o &
possessori clauium. i. Vicario in dominica potestate. In Petro tn̄ includendo oēs successo
res. Aliis uero Apostolis promissæ nō sunt claues, neq; eis dictū est uobis dabo claues regni
cœloꝝ: quia non claues proprie, sed clauium usus datus est. Et ratio est, quia per datiōem
clauium, dominii & ptātis, & authoritatis collatio intelligitur: quæ soli Petro, Soli Petro.
Intelligis Martine? Soli Petro inq̄ data est: Nam & apud Iuristas notissimū est, ut transla
tis clauibus, etiam possessio translata uideatur. Et ideo caute in Euāgelio, cum de Aposto
lis loquitur suscipientibus ligandi soluēdiq; potestatem, illud omittitur, uidelicet clauiū
ipsa promissio uel traditio: ut intelligeremus, Martine, inclusum illa traditione: quæ so
li Petro promissa uerbo domini est: & cōsequenter data (quia uerbum Domini irritū esse
nō pōt) Dominii diuini potestatem in oues quæ sunt IESV CHRISTI unici Dn̄i nostri: &
dicuntur sub dominio Pontificis q̄si uicarii Dn̄i. Verus. n. & Principalis Dn̄s, Christus est.
Et ideo rectissime dicit Augustinus sup illud uerbū. Pasce oues meas. Nā quid est aliud
diligis me. Pasce oues meas, q̄ si diceretur? Si me diligis nō te pasce, sed oues meas: & sicut
meas, & non sicut tuas: gloriam meam in eis quere non tuam. Dominiū meum, nō tuū &c.

Secūda adnotatio cōtra cōsiderationem Martini.

Tertia adnotatio contra ꝑcipitationem Martini.

℗ Secundo ais tu, quo modo utrunq; stabit &c. Vide quomodo stabit: quia ibi principali
ter Petro & soli Petro principaliter, ut esset Vicarius & Dn̄s, & apud eū esset possessio cla
uium. Hic uero usus potius & clauium effectus datus cæteris est, aut potius ꝓmissus: qui
etiam in persona Petri tunc subintellectus fuit: ut supra declarauimus. ℗ Tertio ais ꝙ hic
Dn̄s incipit sermonem singulariter ab uno dicens. Si peccauerit in te frater tuus, & desinit
in personam omniū. Ibi contra &c. Et nō uides infœlix quod hic indefinite loquitur & nul
lius accipit personā singulariter cum dicit. Si peccauerit in te, quia ad nullum discipuloꝝ
se conuertit: ita ut de eo intelligere cogamur, Sed illa uerba indefinite posita sunt, ut solet
dici uulgo & ut legislator loqui solet. Et hic est mos legum latorum: ut apparet per infini
ta pene legū exēpla: & ita omnes citra dubiū intellexerunt. q̄q̄ quid miraculi est, quod tu
inquis sequitur? Et quid sequitur ex hoc? si etiam uerum esset, quod hic ab uno inciperet,
& desineret in plures, ibi ecōtra? Potius. n. ex ista uarietate: etiam uarietatem & dissonātiā
deberemus cōprehendere: q̄ ꝙ iste tex. illū interpretaretur: nisi tu semper omnia peruer
se intelligens ex uarietate colligas consonantiam, & ex differentia cōcordiam. De quo lau
darem te, nisi ex ista cōcordia maximam contra omnes doctores discordiam cōcluderes.

Quarta adnotatio cōtra ꝑuersitatē Martini.

℗ Quarto concludis tandem: ꝙ Petrus & Apostoli fuerunt ministri ecclesiæ. Nos autē in
scripturis sanctis legimus. Petrum Principem ecclesiæ, Petram, siue fundamentum eccle
siæ. Caput ecclesiæ. Præfectum ecclesiæ. Christi Vicarium. Nunc uero si idem est esse mi
nistrum ꝙ caput, ꝙ Petram, ꝙ fundamentum, ꝙ Præfectū, & Principem, & Præsidentē,
& Christi Vicariū: relinquo uł tuoꝝ laicoꝝ iudicio. Hoc ueꝝ est, ex præcepto Christi hu
militatem cōmendantis: ut qui pcessor est fiat sicut ministrator. At uero ꝙ propterea non
sit præcessor non probabit Martinus, in uera Theologia. ℗ Quinto (qđ pene præterierā)

Quinta adnotatio contra ignorātiā crassam Martini.

illud uerbū. Dic ecclesiæ. accipit altero de duobus modis a sanctis expositoribus: uel ꝓ
quauis collectiōe multorum: ut manifeste exponit Hieronymꝰ: uel ut ibi ait Chrisost. ꝓ
Presule & Prælato ecclesiæ. Sola aūt & remota tua hæc Theologia, ibi ꝓ uerbū ecclesiæ,
Ecclesiā uſem intelligit: ita ut ꝓ aliquo cuiusq̄ peccato uniuersus orbis sit adunandus. O

grattiosam theologiam. At postq̃ uidimus collatiõem tuam hoꝝ textuũ. Proferamus nũc nr̃am. Ibi est Petri egregia illa cõfessio. Hic nulla confessio discipulorum. Ibi dñs loquit̃ pro remuneranda cõfessione illa ad solum Petrum. Hic impersonaliter & indifferenter. Ibi beatitudo Petri debita suæ fidei cõmemorat̃. Hic uero nihil tale. Ibi Petri nomen in Petræ metaphora, sonat officium uicariatus: quoniam petra esse & dici non posset nisi ipsam petram principalem uiuam & ueram repraesentaret. Hic nemo appellat̃ Petrus neq; petra. ibi pollicet̃ dominus super eam petram ædificaturum, hic nequaq̃. Ibi enim pollicet̃ ꝙ aduersus eam, siue petram, siue ecclesiam secundum uarias expositiones, portæ inferi non praeualebunt. Hic nulla talis ꝓmissio. Ibi ꝓmittunt̃ claues Petro soli, hic de clauibꝰ nullum uerbum. Hic dicit̃ secundum Origenem, ꝙ quodcũq; soluerent & ligarẽt in terra esset solutum & in coelo. ibi ꝓpter Petri honorem dicit̃. quodcunq; solueret Petrus eẽt solutũ & in cœlis: dixit in cœlis & ñ in cœlo, qđ ꝓpter primatũ Petri extendentem se uniuersaliter ad omnia loca & omnia ligamina dictum est ab Origene. Qui ꝓpterea uniuersos cœlos non unum cœlum assignat. Vide igit̃ si Origenes hunc tex. separat ab illo, & Petri dignitatem ac potestatem a cæterorum potestate & dignitate: Petrus in omnibus cœlis soluit, alii singulariter in uno cœlo. Petrus ibi singulariter respondet. Tu es xp̃s tanquam caput, quia caput & pastor erat iam candidatus. hic etiam tanq̃ caput interrogat. Domine quotiens peccauerit &c. Quare. n. primus hic interrogat? nisi quia scire hæc maxime ad illum tanq̃ caput & pastorem pertinebat? Agnosce ergo Martine, si potes, & confer tandem collationem tuam egregiam cum hac quam thomista ex sanctorum doctorum sinceris expositionibus exquisiuit.

NotaMartine

Origenes contra Martinũ pro Petri primatu.

ℭ Octaua disputatio qua disputantur tria & confutantur quæ Martinus proximis uerbis concludit.

C Redo iam hæc ferme fidem factura hanc Matthei authoritatem neq; ad Petrum neq; ad successorem nec ad unam aliquam ecclesiam sed ad omnes ecclesias pertinere: quia qs poterit negare illi esse claues traditas qui reuelante patre xp̃m confitet̃? quo posito necesse est ut ubi sit reuelatio patris & confessio xp̃i, illic & claues. at hæc in qualibet ecclesia est: non autem in ullo uno singulari & in certo homine.

Tria igit̃ ex his uerbis colligunt̃ ℭ. Primum conclusio tua qua Petrum omnino excludis ab ipsis clauibus & successorem Petri & quemlibet hominem singularem. ℭ Secundum, ecclesia est cui traditæ sunt non una sed omnes. ℭ Tertium rationem ponis ꝓ his. Sed hæc breuiter confutanda sunt in uerbis tuis. ℭ Primo igit̃, credo inquis iam hæc ferme fidem factura hanc Matthei authoritatem neq; ad Petrum, neq; ad successorem neq; ad unam aliquam ecclesiam pertinere. O impium blasphematorẽ: & sperare potes ꝙ Petri successor ab isto te peccato absoluat? qui, hunc oblatum petro de xp̃i thesauro & xp̃i decreto sempiterno honorem subtrahere conaris? & laudem istam ab omni ecclesia Petro datam & uocibus totius orbis xp̃iani in omni templo dei decantatam, Tu inimice homo totius cœli & proteruissime hostis ueritatis auferre contendis? Et quomodo cantat uniuersa ecclesia in festo Petri. Tu es Petrus &c. hoc ne ut ecclesiam laudet an Petrum? est ecclesiæ festum an Petri? Sed uide quid dico. Ego enim audacter ita dico: si te in tanta hac impietate persistẽtem absoluere aliquis aut sacerdos aut Episcopus aut summus Pont. pertentauerit Anathema sit ille sacerdos, Episcopus, & Pont. Summus. Iterum audacter dico: si quis te scũs Dei, aut angelus de cœlo, etiam Seraphin: ab ista blasphemia tam horrenda piis auribus absoluendum sine poenitentia ꝓnuntiauerit, Anathema sit sanctus Dei ille, & cœlestis qlibet angelus. Sequeris ꝙ neq; Petri successori sint datæ claues. nam si non Petro multo minus successori. At uero cum superius uidelicet de ipso Petro per ipsas scripturas & per sanctos ipsos & per concilia & deniq; uoce totius mundi sit satis superq; improbatum: pariter & hoc etiam quod ais de successore impium est & ꝓphanũ. Quicunq; enim in aliquo officio successor est alterius: in omne illud succedit quod ad illud officium spectans ad priorem pertinebat. Alioqui Petro mortuo & claues essent mortuæ: quod fateri non est neq; Christianũ neq; ulli consentaneum rationi. Ergo iam certum est Petro succedẽtem, in ius Petri & omne penitus priuilegium (non dico personale sed pertinens ad officium) succe-

Prima cõfutatio primi dcĩ.

NotaMartine

uelatum quod est Dei:q ignorat & non sapit quod est Dei?Sed o hominem confusorem omnium:& scripturarum & uocum & temporum. Primo enim intellexisti ne unquá ab ullo puero dictum, distingue tempora & concordabis scripturas?Quid ergo si primo dicerem non repugnare hæc inuicem. ꝙ Petrus paulo antea esset in feruore ueræ fidei,& mox in amore quodam & carnali sapientia, ppter domini tam crudelem recordationem mortis quam merito horrebat?q magnum hoc est inconueniens?ꝙ modo tam constanter confiteatur ex reuelatione:modo uero ex tam repentina tristiq; nuntiatione mortis domini & magistri sui incipiat non sapere quæ dei sunt?& ideo tunc appellet Simon Bariona.i. filius columbæ,& Petrus.i.firmus,& Petra.i.caput & fundamentum ecclesiæ futuræ:nũc uocetur Sathana.i.aduersator,& non sapiens quæ Dei sunt?Quero enim abs te. Nũ deus inquit de Dauid.Inueni hominem secundum cor meum? dum autem perpetrat Dauid adulterium homicidio etiam adiunctum:erat ne secundum cor Dei?Ergo pariter dices tu illustris Theologe ꝙ non sunt de eo uerba illa dicta?Inueni hominem secundum cor meum?An forsan arbitraris tu omnes scdm cor tuum?q cum semel Sathana & Diabolus factus fis ita obdu ruisse te sentis ut reuerti non possis?Præterea Martine quid respondebis si sic arguam contra te?Præsupponens(quod tu forsan non negabis)ꝙ Petrus & hoc in loco erat xpi discipulus,& ꝙ eum(sicut doctores uolunt)ut discipulum quem errare nolebat correxit dñs.Ita ergo de tuis uerbis opponam in te si discipulus,quõ Sathana?quomodo non sapiens quæ Dei sunt?An non discipuli sapiunt quæ Dei sunt? Et si dissolues nobis recte hoc argumentum & ego dissoluam ex tua solutione tuum:sed nolo expectare tuam aliquam dissolutionem.Sed secundo loco ad ipsam ueritatem ppius accedẽs,qd si dicerem ꝙ Petrus sapie bat quæ Dei sunt & non sapiebat quæ Dei sunt?id est quedam sapiebat quæ Dei sunt ex pⁱma reuelatione; & non sapiebat qdam q̃ Dei erant, uidelicet futuram eius mortem opprobriosam quia hæc ñ erãt reuelata? uidenť ne tibi ista contraria Martine?adhibe nasutum tuum illud iudiciũ. quid dices?Si dices ꝙ non sunt contraria,ergo dissolutum est argumentum tuum,ergo istud stat,ꝙ supra Petrus habuit reuelationem & ex ppria reuelatione est confessus & uere ac merito filius columbæ in eo dictus & uocatus beatus:quia congruenter fidei beatitudo reddiť.ut dictum est Gloriosissimæ Virgini á cognatá suá.Beata quæ credidisti &c.Si uero dixeris ꝙ uidenť tibi Martino cõtraria esse:ut simul stare nõ possint.& Thomista respondet ꝙ aliter uideť Hieronymo & Chrisostomo & Origeni & cæteris penitus sacris docto.Immo aliud multo maius dicunt ꝙ uel ex eo peccandi occasionem sumpsit Petrus:ut non saperet hoc in loco quæ dei sunt quia superius reuelationem illam nobilem & feruorem retinebat & fidem:ꝙ esset filius Dei:& uix putabat esse aut decere fieri,ut sic atrociter dei filius moreretť.Ita explicite probat ad lrãm & Chrisostomus & Hieronymus & Origenes,uerba hæc Origenis sunt.

uerba Orig. ¶Petrus indigna hæc filio Dei uiui arbitrabať:& indigna Deo patre q reuelauerat nec.n. reuelatum fuerat ei adhuc, oportere pati filium:& occidi talem & tãtum xpm. ¶ Vide quomodo ex priori reuelatione accepit huius ignorãtiæ occasionem:quia non putabat talem filium ac xpm pati posse.Vide ut & hoc facile sequiť Hieronymus.

uerba Hier. Verba hæc Hier. ¶Qui ergo post confessionem suam & pmium Saluatoris quod audierat;non uult destrui confessionem suam:& non putat posse fieri ut Dei filius occidať:assumit eum in affectum suum &c.

uerba Chri. ¶Sic autem scribit & Chriso.¶Quid etiam mirabile hæc pati Petrũ qui de his reuelationem non susceperit?ut .n.dicas ꝙ neq; illa quæ de xpo confessus fuerat ex se locutus est:uide quantum in his quæ reuelata non sunt ei, turbationem patiať. Humana enim & terrestri cogitatione quæ sunt xpi considerans;existimabat turpe & indignũ esse ei ꝙ patereť.¶Postremo tu uere Sathana qui omnibus aduersari contendis.existimasti illo uerbo aliquid nimio grauius intelligi contra Petrum:& oportune hoc nomine Sathanæ persuadere tuis laicis es arbitratus:ꝙ Petrus a domino grandi maledicto increpatᵘˢ fuerit:quasi p indignissimo scælere. Cum tamen sola ibi(ut notant Doctores) increpeť ignorantia & suscipiať feruens affectus.& hoc nomen Sathana non sonet aliud nisi aduersantem & non eum in quo esset Sathana:aut qui factus esset Sathana,sicut de Juda dicitur. Modica hæc increpatio est & amoris plena:& non solum quæ faciat desinere illum beatũ immo quæ faceret illum beatum si non esset,ut merito ibi adnotat Origenes his uerbis.

uerba Orig. ¶Sathana autem dixit ei quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo. & subdit.¶Beatus autem ad quem conuertiť xps.Et Hieron.sic ait.

uerba Hier. ¶Sed mihi error apostolicus de pietatis affectu ueniens nunq̃ incentiuum uideť Diaboli.¶Et uterq; adhuc in hác sententiam concurrunt.Sic enim Hiero.ait.¶Non tamen ut pleriq; putant eadem Sathanas sentẽtia & Petrus condemnať.Petro enim diciť uade retro me Sathana.i.sequere me.

uerba Chri. Ille audit uade Sathana;& non ei diciť retro:ut subaudiať uade in ignem æternum.Et

Cõfutatio argumẽti Mart.

Prima rñsio.

Nota Martine

Redargutõ ex uerbis eius.

Scda rñsio.

Sathanas qd.

Chrisosto. ait. Petrus iterum ex feruore solus audet de ea re quicq̃ dicere neq̃ id palam. Sed seorsum semotis discipulis. propitius inqt tibi esto nec fiat tibi hoc. Et subdit. Nec dixit quia Sathanas per te locutus est sed uade post me Sathana. Hæc ideo Hieron. & Orige. & Chriso. Ne in hoc imperiti, & laici tui deciperent: specialiter adnotarũt. Scilicet, ne hoc uerbo Sathanæ aliquid tam graue existimaremus & ignorantiæ peccatum tantopere magnifaceremus, presertim tam excusabile: siue q̃ mysterium passionis, esse poterat omni mẽti & humano iudicio inopinabile & execrabile: siue q̃ Petrus dulcissimo affectu motus est; & præterea ne coram aliis ei aduersaretur seorsum assumpsit: ut debitam seruaret domino, & quem putabat Dei filium, Magistro reuerentiam. Sentis igitur sentis Martine q̃ uere Sathanas tu sis: qui omnibus aduersaris: & eis maxime quos maxime tecũ opinari mendacissime asseris? Sentis Martine q̃ nobilis interpres scripturarũ sis, qui omnia peruertis? Sentis tandem quomodo Thomistæ & quam facile coram omnium oculis patentissimos errores tuos ponant? quomodo igit̃ excusabis? quomodo defendes? quomodo dilues? scilicet linguæ dicacitate & scurrilitate aliqua & ꝓcacitate propria. At non sic argumenta dissoluuntur. dissolue Martine dissolue (si potes) innumerabiles nodos quibus te adeo stringimus ut nõ possis nisi rumpi. nec enim rumpit̃ sermo & ratio triplici funiculo colligata, Dei ueritas & sermo diuinus contra te est q̃ manifestissime. Sed non dum finis.

uerba Chri.

Audi iã & mõde Martine si potes.

Decima disputatio super ineptissima & ridiculissima quadam eius sequela his uerbis nobis commendata.

Vt si hoc ad Rom. Ponti. & ecclesiam pertinet quod ad Petrum dicitur. Tibi dabo claues. iam irrefragabili sequela etiam ad eandem & illud pertinebit. Vade post me Sathana nõ enim sapis quę Dei sunt. quia & hæc ad Petrum Rom. ecclesiæ futurum Episcopum dicta sunt. Aut si hæc non ad se pertinere putãt: iam nulla ratione conuincere possunt ea quæ superius dicta sunt ad se pertinere.

Retorquetur argm̃ suum in illum.

Age ergo & tu Martine disolue mihi & hanc sequelam tuæ similem contra tuum intellectum. Petrus (ut tu inquis) locutus est omnium Apostorum ore: & ita confessus est xp̃m, ut quando dixit. Tu es xp̃s. non ipse solus responderit sed omnes in eo respõderint Ap̃li: imo & tota ecclesia. Arguam igit̃ & ego pari modo statuam irrefragabilem hanc sequelam tuã contra te. Si non Petrus sed omnes ap̃li dixerunt & simul tota ecclesia. Tu es xp̃s filius Dei uiui. & similiter non Petro dictum est. Tu es Petrus &c. Sed omnibus pariter Ap̃lis & toti ecclesiæ: ergo qñ Petrus dixit. Absit abs te hoc dñe: seu uerius. Propitius esto tibi: ꝓ omnibus his similiter dixit: & in eius persona omnes dixerunt: & similiter qñ dixit dñs. Vade retro Sathana. omnibus etiam dixit & ecclesiæ dilectæ sponsæ, & columbæ suæ pariter dcm̃ est. Vade retro Sathana non enim sapis quæ Dei sunt. Nam cur hic nomine omnium potius dixerit. Tu es xp̃s &c. & dñs Petro. Tu es Petrus &c. non soli Petro sed omnibus, q̃ ibi: non uidet̃ ratio secundum te: aut si est aliqua ratio illa eadem certe dissoluet irrefragabilem istam sequelam tuam. Eadem etiam irrefragabili sequela tua similiter arguo: quia sicut in Petro confitente omnes ap̃li confessi pariter sunt: ita in Petro negante omnes negauerũt cum pariter & ibi ꝓcesserit Dei uerbum quod omnes erant passuri scandalum. Solue igit̃ tu mihi Martine irrefragabiles has sequelas tuas; ne pugnent prius contra te: & ego dissoluam eas: ne quicq̃ uiolent dicta doctoꝝ sanctoꝝ. Sed absit ut dissolutiones tuas amplius expectem. Melius est enim ꝓuenire uera solutione nouas tuas quas coactus esses euomere impietates & imperitias absurdissimas. Hæc igit̃ uera nodi huius solutio est si mõ nodus dici possit qui nihil stringat. Recole igit̃ quæ iam superius dixi: q̃ uere quidem solus Petrus respondit & uere ꝓ se respondit. Sed dñs responsum illud & Petri fidem non solum ꝓ Petro sed ꝓ tota accepta uit ecclesia: quasi in uoce Petri confitente: & ideo dñs ei tãquã capiti claues ꝓmisit: nec solum ei sed & post eum cuilibet suo successori. Simili modo tanquam capiti usq̃ ad consummatione sæculi: & non solum ei & successori: sed ꝑ eũ & quẽlibet successorem toti ecclesiæ. i. cuicunq̃ de ecclesia idoneo: eorũ. s. electione & arbitrio. Si igit̃ roges modo quare fides & confessio Petri acceptata est a xp̃o sic ꝓ omnibus: ut Deus ꝓmittens & tradens ei claues ꝓmiserit & tradiderit etiã ꝓ successoribus suis: in promptu est ratio. quia. s. Deus bonus est: bonum autem diffusiuum sui est: ut ait Dionysius: & ideo bonum cuiuslibet non est mirum si ꝓsit alteri: & ideo non debet esse tibi mirum q̃ Petri

Dissoluitur argu.

Pro dei bonitate.

fides ex bonitate Dei pfuerit omnibus quandocunq; confitentibus: quia Deus motus est p illam ad hoc (incommodū ecclesiæ totius) præstandum clauium beneficium pter bonitatem suam. Si igit rursus roges: At quare non sic pertinet ad successores aut ad totam ecclesiam qñ Petrus dixit. Propiti° esto tibi. & dñs dixit. Vade retro Sathana? Iterū eadē in prōptu rō ē: qa bonus Deus: iust° De°. Bonitas & iustitia dei ad quam tu minus respicis dissoluūt irrefragabilem tibi sequelam istam tuam: Acceptat ex bonitate sua Deus bona ac merita unius in multorum salutem (ut Paulus ait) multo potius q̄ malum & peccatum in alioꝝ pnitiem & pœnam. Non ergo eadem regula ponderat mala qua bona: quia bona æquum est ut diffundant: mala ut restringat. & hinc est iuristarum etiam uulgatissima regula. O sapientissime iurista Theologe, qd gratiæ & fauores sunt ampliandi: odia uero & pœnæ restringendæ. Addo ēt ad ppositum pertinens & aliud: ne tu occasionem maligrandi sumas: qa quæ priuilegii sunt & doni non passim & facile traducenda sunt ad consequentias: non enim per hoc quod ibi uerba Petri fuerint acceptata p omnibus in bonū cōmune, sequit q omnia similiter eius uerba eti am bona, sic sint p omnibus semper acceptanda Scit enim sapientissimus Deus quæ & qualia ad aliorum merita sint extendenda est etiam in humanis hoc legibus quod quæ fauore & benignitate recepta sunt non debēt trahi ad consequentias. Vide ergo q̄ sint irrefragabiles istæ tuæ sequelæ: quas dei bonitas ac iustitia & ratio ipsa euidens & lex etiam humana confringit. quomodo enim sequeret q mala egrediant personam eius qui male agit, ut alteri noceat: si bona plerunq; psonalia sunt, ut in alios interdum non diffundant, id est nō pro aliis acceptent? & per hoc qd fuit dictum Petro uerbum. Tu me sequere. intelligendo de martyrio eius non est egressum personam eius neq; ad successores pertinuit. Stultæ sunt hæ sequelæ tuæ Martine & non irrefragabiles. ¶ Postremo ut tandem scias distinctionem per quam possis nouisse cum debet sequela esse & cum nō debet. Scito & animaduerte q ea de Petro in successores trāsferenda sunt: quæ ad ea pertinent quæ sunt officii & in quo sunt successores: non autem q̄ personalia sunt. Nam charitas uel gratia martyrii uel fides aut aliæ tales uirtutes, q̄ Petro diuinitus sunt concessæ abundantissime, successione ista nequaq̄ transferunt: sed officiū dūtaxat & ea quæ sunt officii. & ideo ea specialiter & tantisper quæ Petro dicta sunt ut pastorale officium suscepturo, aut suscipienti aut habenti uel habituro: procul dubio transeunt & ad omnes pertinent successores. Et per hæc. Si intellexisses Dei bonitatem: & iustitiā eius respexisses: & rationem euidentem agnoscere potuisses: & humanarum etiam legum regulas rationi naturali innixas (ut iactas) pcalluisses. Si patribus demum studuisses: in q bus gloriaris: & q istā irrefragabilem tibi tuā seqlam uidētes, nihil pterea moti sunt: sed planissime (ut uidere licet) dissoluerūt Profecto nō ita in extrema inscitia peccasses: Qui etiam ut latius pecces ita sequeris.

Pau. ad ro. 5.

c. odia de re iud.

l. qd uero. ff. de leg.

Documentū.

Pro intellectu Euangelii.

¶ Vndecima disputatio cōtra eius argumentum nouū ut ille inqt hæreticorum licet centies iam dissolutum.

Ed age latius si omnino ad rigorem istum grammaticum se recipiunt quod soli Petro dictum est. Tu es Petrus/tibi dabo claues &c. quomodo resistemus hæreticis si qui hoc nostro rigore uerborum nixi nos urgeant & dicant. Esto ad solum Petrum hæc dicta sunt: ergo non ad successorem: ergo ecclesiæ claues cum Petro uenerunt & abierūt. Vbi ergo nunc ecclesia? non enim ad plures pertinere potest quod ad unum dicit sicut illud cum iunior esses cingebas te &c. quod ad solum Petrum ita dictū est/ut cum Petro impletum & finitum sit/ad nullum successorem eius pertinens. Si autem ad successores & aliquam ecclesiam dictum est/iam nulla ratione prohiberi potest quin ad omnes dictum sit: imo necessaria ratione ad apostolos omnes magis q̄ ad unius Petri successores q̄ non dum erant/ dictum accipiet. q si ad omnes apl̃os iam etiam ad omnium Apl̃orum & non unius Apostoli successores dictum intelligitur.

Magnum sane nobis facerent isti hæretici negocium tam subtili argumento, quod milies solutum est superius. Ego igit Thomistarum minim° his hæreticis cum Augustino tuo &

cæteris sanctis doctoribus ita dicerem. Domini hæretici audite, discite intelligere scriptu
ras. Duplex ibi sensus: Alius qui grammaticã desiderat, & hic est lsalis: quia sola litteræ
expositio uerborum uim & significationem, & grammatice rationem postulat: Alius qui su
per ipsas res & personas fundat, & hic spiritualis & figuralis, qui non ex grammaticæ ratio
ne sed ex spiritu Dei manifestat. q. n. ista dictio. Petrus iam facta impositione Petrum si
gnificare debeat, ad grammaticæ pertinet obseruantiá, quæ ex hominum placito recipit &
custodiri præcipit significationem, & contextus etiam debitam structuram: & hic est sen
sus litteræ. q. uero non dico amplius ista uox. Petrus, sed illa persona q est Petrus. (p itel
lectu scripturæ iá significata in scis scripturis p illam uocem Petr⁹,) in typo & figura susti
nuerit psonam totius ecclesiæ, & principaliter ac maxime omnium successorum, absq; ra
tione grammaticæ est: & in sola dispositione admirabilis sapientiæ dei, qui sic dispositum
reuelat cui uult & quando uult. Quis enim per grammaticæ rationem potuerit intellige
re magnum illud (quod ait Paulus) sacramentum xpi & ecclesiæ in illis uerbis. Hoc nunc
os ex ossibus meis? & similiter in omnibus q eodem teste Paulo p figuram contingebant
illis? Absoluta hæc sunt, pcul dubio dicerem, o hæretici reuerendi a grammaticæ normis:
qa nomina non res apud grammaticos significant siue in uoce siue in scripto. Vnde ita in
propositum rem deducerem. Illa uerba litteraliter soli Petro sunt dicta: & ita seruo ratio
nem & rigorem grammaticæ, dum uerbum illud. Tu es Petrus. ad solum penitus Petrũ
refero. Verum non hic me iubet ut sistam Augustinus, sed iam finita litterali expositione
altius euolare nos suos pullos facit, p more aquilæ (sicut de eo testat Hiero.) & non iam
amplius Petri uocabulum. Sed Petri personam iubet explorare, quæ in typo (audite hæ
retici cum Martino simul) in typo inquã nõ in littera dicit Augu. Sustinet personá totius
ecclesiæ Non ergo dicit, q. illa uox Petr⁹ significet aplos aut ecclesiá, absit ut dicat hoc Aug.
Sed hoc dicit, & uerum est, q. Petri personá iam significata in ea uoce, illa inq̃ Petri perso
ná, sustinet typum ecclesiæ: & ecclesiam nobis significat repsentatam in persona Petri & nõ
in uoce Petri. Et per hoc facile tãdem concluderemus. Ecce o hæretici grammaticæ rigor
& ratio in sensu qui grãmaticæ normis subiicit, & quo pmissas soli Petro claues animad
uerto, seruata est. Sed in sensu a grammaticæ regulis absoluto, agnosco mysterium cõgru
entissimum sapientie & bonitati diuinæ: quod ex rebus & factis accipit: & in eo ex psona
Petri in uniuersam ecclesiam clauium effectum per idoneos Petri ministros traducendũ
recognosco, Augustino interprete cum omnibus sanctis, & ipso facto ecclesiæ ex quo opti
ma colligitur interpretatio. Videte igitur hæretici ut simul seruatur grammaticæ ratio in
sensu qui grammatica regitur, ac simul mysterium & sacramentum mirabile accipimus.
Quid nunc ais Martine? qui tam egregius es scripturarum interpres, ut separare sensum
spiritualem a litterali non dum noueris.

Hic Martini error.

¶ Duodecima disputatio super argum. alio eiusdem, cui non posse respondere arbi
tratur: & formátur contra hæresim suam uiginti argumenta ad quæ respondeat
Martinus si potest.

S Ed respondeat tamẽ mihi qui potest, quis nam credendus sit ha
bere claues etiam in Romana ecclesia? an ipsa ecclesia? uel Pa
pa? & attende quod dico. Quando Papa eligitur: an secum fert
claues uel non? si affert: ergo erat Papa antequam eligeretur: si non affert:
a quo accipit? nunquid ab angelo de cœlo? non ne ab ecclesia? Item cum
Papa moritur, cui relinquit claues? aufert eas secum? si non aufert: cui
relinquit nisi ecclesiæ, a qua accepit? Quid igitur potest dici contra hanc
euidentissimam experientiam optimam Euangelii interpretem? claues nec
Petro nec successori sed soli ecclesiæ datas: a qua tanquam minister accipit
usurus eis sacerdos. Vbi nunc est quod soli Petro dictum esse puta
tur tibi dabo claues? Immo ubi nunc est quod soli ecclesiæ Romanæ
claues datæ sunt? Necesse est ut in qualibet ecclesia claues sint ut dixi supra.
Hæc tua sunt, & plane digna ut clames buccina. Respondeat qui potest. Age igitur respon
deat tibi Thomista omnium minimus. Attẽde (inqs) quod dico. Attendo. Quid est hoc?

Ecce (inquis) quando Papa eligit: an secum fert claues uel non? Attende modo tu Martine. respondeo, non. Si non affert (inquis) a quo accipit claues? ab eo, inquã, a quo olim Petrus. s. a xpo uero deo. Contra (inquis) ego non uideo oculis meis: teste experientia, sed potius q ecclesia dat ei claues: & hæc est experientia manifesta: & ideo tanquam in robustissimo argumento factus iam tibi triumphator exclamas, quid autem dici potest contra hãc euidentissimam experientiam? Clama rursus Martine quid dici potest: ut audiant laici tui, & te uictorem per hos clamores existiment. Clama igit iterum atq iterum, ne cesses: Quanto enim magis ita clames tanto te doctiorem, & fouentem bonum ius putabũt tui laici. Attamen multa mihi uidentur dici posse contra tantam tam euidentem experientiam. ¶ Primum quidem hoc potest dici, ualde esse ridiculum, dicere q teste experientia possis nouisse q papa accipiat claues ab ecclesia, iam enim puto postquam nos sic ad experientiam trahis q more iudæorum carnaliter per claues aliquid sensibile accipis. Experientia enim est quæ sensu acquiritur eorum quæ sub sensum cadunt. Tu ergo uel existimas claues esse aliquid sensibile, uel saltem clauium ipsam traditionem. In quo si dignatus esses istos quos contemnis scholasticos, saltem Albertum magnum: non tam pueriliter errasses. Claues tales spirituales sunt, & non uidentur: & a Christo traduntur, ita cuilibet successorum qui canonice eligeretur. sicut Petro. Hoc ergo primum dici potest. ¶ Secundo dici potest, q more tuo confundens omnia, non distinguis inter electionem quam sola experientia nouimus, & clauium traditionem: ignorans miser aliud esse eligere, aliud claues tradere. Illud hominum ministerio fit: hoc autem solo Dei nutu. Christus tamen cum Petro claues tradidit, utrunq fecit: quia elegit simul & claues tradidit: nunc uero absente Christo corporaliter electio, quæ uisibilis est, iam per Christum immediate ut fiat non conuenit. At uero traditio clauium, quia spiritualis, per Christum dominum fit: Sicut est in cæteris sacramentis, ut Christus inuisibilem gratiam & efficaciam præstet: quæ autem uisibilia sunt per sacerdotes ministrentur, ut retineatur fidei dignitas ac necessitas. Ecce ergo quid dici potest, ¶ Tertio etiam dici potest Papa a Cardinalibus eligitur quos tu non uis esse ecclesiam, neq etiam cum ipso Papa uirtualiter repræsentare ecclesiam, His uerbis ad magrm. S. P. Ego ecclesiam uirtualiter non scio nisi in Christo: repræsentatiue non nisi in concilio. Quomodo igitur teste experientia uides tu q Papa accipiat has claues ab ecclesia. An dices forsan q ecclesia dat claues. Cardinalibus & illi dant Papæ? Et sic ecclesia dat Papæ per ipsos tamen Cardi. Est ne ista euidentissima experientia quam iactas? Et quam tui laici iam incipient non intelligere. Primo q Papa moriens relinquat ecclesiæ claues. Secundo q postea ecclesia Cardinalibus eas tradat. Tertio q Cardinales ipsi Papæ. O monstrosissima monstra. Quis unquam hæreticorum hæreticissimus cõfingere hæc potuit? aut imperitorum imperitissimus sibi persuadere? Neq enim Papa decedens relinquit ecclesiæ, si de spiritualibus clauibus regni cœlorum uelis intelligere, & non clauibus hostiorum & portarum & ciuitatum. Neq ecclesia Cardinalibus neque Cardinales Papæ: neq tandem uel hoc modo, uel alio ecclesia unquam Papæ dat ipsas claues. Non probat experientia hæc: immo ratio ipsa & rei ueritas improbat. Sed manent in manu Dei iterum inuisibiliter tradendæ ei qui canonice electus fuerit. Sicut inuisibilia sunt omnia quæ in sacramentis cæteris Deus operatur: ut susceptio fidei in baptismo, & gratiæ collatio, & absolutio uirtute clauium, & alia talia quæ in fide diuini uerbi sunt credenda, non autem comprehendenda. Num uides iam Martine quid dici potest? Num intelligis quod nihil est etiam quod sequeris? dum queris. Papa quando moritur cui relinquit claues? affert eas secum? Non affert secum: sed relinquit in manu Dei ueri clauium domini. Ipse Pontifex minister est, sicut quilibet mundi dominus respectu domini Dei non est dominus rerum suarum. Domini enim est terra & plenitudo eius orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Ecce ergo q dici potest. ¶ Quarto dici potest q tu putas istas claues non esse in manu Dei. Cum eas ab ecclesia in Pontificẽ: & a Pontifice in ecclesiã quasi per manus uisibiliter, tradi inquis. Ad deum igitur iam nihil de clauibus pertinet. Nescis miser quod claues, earũq potestas a deo est: & in deo semper manet: q respectu Dei, ipsi summi Pontifices sunt ministratores ut dicebat Paulus. i. ad Corin. iiii. Sic nos existimet homo ut ministros Christi. ¶ Quinto dici potest q stante tua ista egregia & singulari opinione, incongrue diceretur Petrus Christi uicarius. Sed potius debet dici uicarius ecclesiæ: item non iam minister dei sed ecclesiæ potius q tã noua sola Martini authoritate forsan recipi possent: nisi Pauli pceptũ audiẽdum sit magis, qui inqt. Prophanas eiusmodi uo cum nouitates uitãdas esse. & alibi. Non

Primũ argm cõtra Martini experientiã.

Impietia Martini.

ii. ar.

iii. ar.

Theologia Martini.

iiii. ar

v. arg.

Paul.

recipiendam consuetudinem quæ in ecclesia non sit: ita scribēs. Nos autem hanc consuetudinem non habemus neq; ecclesia dei. Ecce ergo quid dici potest. Sed propter calumniosos uerborum aucupatores non nego dici posse. Episcopos & Pōt. ecclesiæ ministros in hunc sensum, quia ei ministrant. non quia ab illa præfecti sunt: sicut dominus ministrum se discipulorum fecit & totius ecclesiæ seruum: neq; ꝓpterea non dominus, non pastor, nō caput. Ecce ergo qđ dici potest. ℂ Sexto dici potest: abs te enim inuicem quæro. Ista ecclesia cui tu ais claues esse a xpo traditas, quid nam est? est ne unum corpus suis membris conflatum atq; integrum? an quid aliud monstrosum? opinor si Paulum audire uis. Dices eē unum corpus & illud integrum. Si sic, erit cum capite an sine capite? Certe si sit integrum oportet esse cum capite. Quæro igitur de huiusmodi capite. xps est dices; Recte: hoc igit abs te consequor ꝙ xps xpo tradit claues: ipse sibi ipsi. Conueniens enim est ut istius corporis claues recipientis, ipsum caput potius & prius ac principaliter claues accipiat q̄ membra. O tractatorem insignem scripturarū. Quid ergo dices? an ꝙ hoc in loco per ecclesiā uis intelligi corp⁹ sine capite, ut illi, tradiderit claues xps? Diuinabā ꝑfecto ꝙ oē caput paulatim ab ista tua ecclesia etiam xp̄m esses amputaturus. Et cum ita sit, audes etiam dicere qđ dici potest. Ecce quid dici potest. ℂ Septimo dici etiam potest: quia tu tecum nū q̄ constas: sed modo unū modo aliud ais. Tu enim sepius hæc uerba ut annotauimus inquis, ꝙ non uni alicui ecclesiæ datæ sunt claues sed omnibus simul, ita ut iam apud te non sit uniuersalis ecclesia prima ac principalis: aut si sit, illa tamen aliqua mala fortuna sua (qa forsan xps, ſm hoīem loquor, non aduertit) claues non receperit: & ita illam unicam columbam amicam perfectam ac sponsam suam, forsan obliuione prætermiserit. Et cum ita coactus sis confiteri, etiam insuper quasi res apertissima & sine no 1o esset, exprobras nobis (q̄si nihil dici posset) quid dici potest. ℂ Octauo dici etiā potest, aut Rom. ecclesia & aliæ particulares, claues habent aut non: si non, ergo soluere nihil possunt. Si sic, quæro, unde acceperūt illæ claues: aut a quo eis traditæ sunt. Non quidem a xpo, quæ tunc non erant (sic.n. tu arguis contra Rom. ecclesiam: quam ideo negas esse primariam, quia xpo dicente. Tu es Petrus &c. non dū erat, nisi in lumbis Petri, ut utar dicteriis tuis.) Non ab ulla ecclesia, quia tunc. Aut illa ecclesia quæ tradidit claues postq̄ tradidit, eas retinuit, aut non. Si sic: hoc uidetur, uel te confitente, inconueniens: si non, & hoc etiam magis absurdum uidetur & contra experientiam: quia per hoc ꝙ Ro. ecclesia cæpit habere claues, nulla ecclesia claues suas amisit. Præterea contra facti ueritatem & tuam experientiam est, ꝙ una ecclesia alteri ecclesiæ tradat claues. Ecce ergo qđ dici potest. ℂ Nono dici potest. Tu dicis ꝙ a xpo sunt traditæ claues omnibus ecclesiis pariter, & non uni: nec uni magis q̄ alii: quia tu parificas in hoc omnes ecclesias: ergo ecclesia non accipit ab ecclesia: quia quælibet ecclesia ꝑ se ipsa accipit. aut si hoc non ita se habeat. quæro, quæ ecclesia sit illa quæ potius accipit, ut ꝑ eam in alias diffundant ecclesias? & quomodo uerificas in experientia ista tam euidēti, ꝙ aliqua ecclesia acceperit ꝑ se & reliquis ecclesiis? An forsan ꝙ quælibet ecclesia ꝑ se & qualibet ecclesia receperit? & sic alia inuicem ꝑ alia? Non uides infœlix quāta monstra sequūtur ex ista opinione tua? & audes exclamare etiam quid dici potest? Ecce quid dici potest. ℂ Decimo etiam dici potest: nam per fundamentum tuum per quod auferre conaris indignissime a Petro claues, ego digne aufero illas ab istis tuis ecclesiis. Tu enim ideo Petro claues non esse traditas asseris: quia nihil est capax clauium nisi quod sit semp stabile in fide sicut ecclesia est (ut inquis) Hoc autem de nulla ecclesia particulari dici potest ut certum est, & experientia de multis notum est, quæ stabiles non fuere: ergo sequitur ꝙ Hierosolimitana & Antiochena ecclesia & aliæ multæ quæ non perstiterunt in fide, & portæ inferi ꝑualuerunt aduersus illas, nunq̄ claues habuerūt. Ecce ergo quid dici potest. ℂ Vndecimo etiam dici potest. Cum Petrus accipit ab ecclesia has claues: quæro nunquid remaneant in ecclesia? Nam si sic, quomodo obsecro accipit Petrus ab ea? Si non, quomodo ecclia claues habet postq̄ eas semel tradidit? & tamen stultum est dicere ꝙ claues non sint in ecclia. Ecce ergo quid dici potest. ℂ Duodecimo dici potest ꝙ experientia hoc habet. ꝙ ipse Petrus & Petri successor cōmittit claues siue per se siue per ministros suos: & cum per ministros facit per se dicit, facere ut expresse in proposito Dionysius ait. Ergo experiētia nostra euidens, facit contra tuam fictam & plenam ignorantia experientiam. Ecce ergo quid dici potest. ℂ Tertiodecimo dici potest. Nam quæro abs te, ubi nam probetur, aut qua experiētia, ꝙ unq̄ ecclesia tradiderit Petro claues: sicut tam confidenter asseris. An non a xpo ipsi Petro ac discipulis traditæ sunt. i. eis uerbis. Quodcūq; ligaueritis &c. te īterprete & teste? Quomodo igitur uerum est ꝙ datæ sunt ecclesiæ & deinde receperit Petrus ab ecclia? Ecce ergo quid dici potest. ℂ Quartodecimo dici potest. Aut ibi sunt traditæ claues ecclesiæ, aut singulariter Petro & apostolis. Si Petro & apostolis singulariter: ergo dominus non fecit

[Right margin: Paul. — vi. ar. — Paul. ad ro. 12. — vii. ar. — viii. argum. — ix. ar. — x. arg. — xi. ar. — xii. ar. — xiii. argu. — xiiii. argu.]

[Left margin: Martin⁹ cōtra Martinum. — Martinus contra Martinū.]

fecit quod promiſit:quia promiſit,ut tu aſſeris:traditūrum ſe claues eccleſiæ & non Pe-
tro,non filio Ionæ uel Ioannis, non carni & ſanguini:& tamen tradit Petro & apoſtolis ſin
gulariter(ut tu ſæpe ais.)Quod ſi aliqua tua gloſſa ſolita,id eſt præſtigiis confictisq; my
ſteriis,uoluens omnia pro arbitrio,feceris, quod ibi ſint traditæ claues eccleſiæ:forte per
diſcipulos intelligens eccleſiam. Tūc rurſum dabo tibi operam,ut nouis etiam præſtigiis
eccleſiam mutes nobis in diſcipulos.Sic enim cōcludam:ergo nunquam ipſi diſcipuli(ut
ſaltem miniſtri eccleſiæ)ſingulariter habuerūt claues.non enim ab ipſo Chriſto,qa Chri
ſtus dedit eccleſiæ(ut ais)& nulli hominum particulari.Non deinde ab eccleſia:quia hoc
15.ar. nūquā per ſcripturas probabis.Ecce ergo quid dici poteſt. ℂQuintodecimo etiam dici
poteſt.Hæc eccleſia quæ claues tradit miniſtris,aut eſt cum capite aut ſine.ſi ſine:ecce ha
bemus quod uolumus:quia tu ſemp ab eccleſia caput remoues.Dignus merito ut talione
pœnam luas.Dignus inquam ut abſq; capite iſto ſis,quod ab eccleſia negas.Dignus ut tene
get membrum ſuum:cum tu negas illud caput tuū.Si uero cum capite, quæro quod erit
tale caput:cum non apparet?Immo cum hoc queratur,ut capiti tradantur claues?ſi dixe-
ris,Chriſtus caput eſt:iam conſequor quod uolebam:ergo Chriſtus eſt qui tanquam ca-
put claues tradit.Hoc autem ꝙ Chriſtus tradat quomodo experientia probas?Et pſertim
16.ar. expiētia tam euidenti ēt tuis laicis:qui ſi hæc monſtra quæ confingis capere ualeant,uæ ti
bi:uæ tibi miſtro.Ecce ergo quid dici potes.ℂSextodecimo etiam dici poteſt: ut doceas
tu aliquando nos:ex quo uel ex quibus tandem conſtituas eccleſiam iſtam tuam claues ac
cipientem,poſtquam tu dicis in eccleſia ſola,ubi ſolum confeſſio fidei eſt eſſe claues. An
non ex hominibus conſtat iſta eccleſia tua, in qua oporteat confeſſionem fidei eſſe?Si enim
iſta confeſſio fidei non ſit in aliquo aut aliquibus de eccleſia,quomodo poteſt eſſe in ipſa
eccleſia?Si ergo ubi confeſſio fidei eſt ibi etiam claues ſunt:& datæ a Chriſto:ut tu aſſe-
ris,& in ſingularibus apoſtolis & continue in ſingularibus hominibus reperiatur iſta con-
feſſio,ut ſatis eſt notum:ergo ſequitur per te, ꝙ ſingularibus perſonis in eccleſia immedia
te traditæ ſunt claues a Chriſto,quod eſt contra te.Ecce ergo quid dici poteſt. ℂDeci-
17.ar. moſeptimo etiam dici poteſt:ꝙ ſi datæ ſint eccleſiæ claues & per eccleſiam Petro aut ſuc-
ceſſori,ſicut miniſtro, ſequeretur ꝙ neq; Petrus neq; alius quiſquam potuerit unquam
uel eligere alterum poſt ſe, uel reſignare claues:quia miniſter electus miniſtrum lo-
co ſui conſtituere non poteſt,ubi maxime recipiendum eſt eſſe electam induſtriæ perſo-
nam:ut ratio naturalis & leges probant:quod tamen apparet eſſe falſiſſimum: quia facti
experientia & lex ipſa aliud docet.c.i.de renuncia.in ſexto.& exemplis nonnullis ſicut de
18.ar. Petro legitur ſatis conſtat.Ecce ergo quid dici poteſt. ℂDecimo octauo dici poteſt:ꝙ ſi
tu more tuo puertēs omnia,facis eccleſiam principalē cui traditæ ſunt claues.& ipſos ſum
mos Pontifices eccleſiæ miniſtros:& id non neges, quod una uoce ab omnibus cantatur,
Petrum & ſucceſſorem eſſe caput eccleſiæ,& ſingulares Ponti.eſſe adhuc capita eccleſia-
rum,& apoſtolos fuiſſe fundamenta & paſtores,ſicut eſt ſcriptum: & ꝙ eccleſiæ cura, &
ipſa eccleſia commiſſa eſt Petro a Chriſto, & alia multa ſimilia: iam irrefragabili ſe-
quela conſequimur abs te,ꝙ membra influunt in caput, & ꝙ fundamenta eriguntur &
fiunt ab ædificio:& paſtores ſuſcipiunt curam ab ouibus:& non immediate ab ouium do- Nota mōſtra
mino.Hæc monſtra dicuntur abs te Martine in uera ſequela & neceſſaria ex tuis uerbis,& tua Martine.
pleraq; alia quæ iam tedet referre.Et audes etiam dicere,quid poteſt dici contra iſtam ex-
perientiam.Vide modo quid poteſt dici.Conſidera quæ diximus & agnoſces nihil cauſæ
eſſe,cur nō in te ppetuo iraſcāt hæ claues q̄s tuis myſteriis cōfictis nullibi eē pateris.ℂDe
19.ar. cimo nono dici etiam poteſt:ꝙ iſta opinio peruertit ſacram Euange.litteram: ibi. Tu es
Petrus.Nam ut ridendam expoſitionem tuam uel puerulis exhibeamus.Etenim cum di- Noteſ expoſi
rigātur,ut tu uis,ad eccleſiam uerba hæc:ita exponis. Tu es Petrus,id eſt tu es eccleſia: & tio Martini.
ſuper hanc Petram:id eſt eccleſiam uel fidei ſtabilitatem eiuſdem eccleſiæ. ædificabo ec
cleſiam meam.Ita ut ſuper eccleſiam,aut fidem eius ædificetur eccleſia. Eccleſia ergo ſu
per eccleſiā ædificatur:ipſa ſuper ſe ipſam,aut ſuper ſuam fidem ſuper quā eſt iam ædi-
ficata:ergo eccleſia ædificata ſuper ſuammet fidem:iam ædificabitur:& ita iam ædifica-
ta ædificabitur:iam ædificata erit ædificanda.Quomodo non conſideraſti infœlix tam
fatua tamq; abſurde dicta?Dum exprobras quid dici poteſt. ℂVigeſimo & ulti.dici po
20.ar. teſt:ꝙ hæc opinio eſt contra ſacros omnes doctores contra decreta Ponti. contra ſinodos
ſacroſanctas etiam ueterum ſanctorum Patrum & preſertim calcedonenſis concilii & alio
rum plurimorum quæ taceo,quoniam apud Martinum, Pont. decreta & conciliorum ſta
tuta nihil ſunt.Ipſe enim late admittit ſe & cōtra decreta & cōtra cōcilia dicere: Confidentia
ℂReſpōde tamen ad ſuperiora tu Martine ſi potes. Martini.

ℭTertiadecima disputatio super alio eius arg. quod in illum retorquet̃.

Ddis oportune alia argumenta quæ pro nobis faciunt. Sic enim arguis. Petrus quando claues accepit a Christo non dum erat Episcopus Romanæ urbis, Ita est. ℭImmo nec ꝓprie unquã fuit ep̄s ullius ciuitatis sed apostolus, episcoporum institutor. Argu. Mart. ℭHoc falsum est secũdum Hieronymũ & hystorias notas quia sedit Antiochiæ ep̄s. Sed interim admittat̃, audiamus conclusionem. ℭErgo claues inquis non sunt ei datæ secũdũ ꝙ postea uel factus uel mutatus loco uel officio, sicut Abrahæ nõ fuit iustitia reputata qualiscunq; post fidem factus est: & ita arguit Paulus, ꝙ nõ ex circũcisione sed ex fide iustificat⁹ est: quia ante fuit fidelis q̃ circũcisus: omnia penit⁹ admitto: quid tum? Quare prorsus nihil hæc authoritas ad Romanũ Põt. Si hoc Martine sequit̃: & hoc sequit̃. Quare prorsus nihil illa iustificatio Abrahæ post circũcisionem: & simili modo. Quare statim ꝑdidit claues Petrus cum factus est episcopus urbis Romæ: quia usq; ad illud tempus accepit. O stupiditatem hominis. Sed audi breuiter & disce nunc tandem. Verum dicis ꝙ Petrus non accepit claues quasi Rom. ep̄s: sicut nec Abraham quasi ex circũcisione iustificatus est. Sed sicut Abraham retinuit in circũcisione iustificationem, ut & alii in circuncisione iustificarent̃ per fidem: ita & Petrus in episcopatu retinuit claues pro se & quolibet successore: non quidem quasi Ro. Pontifice: sed quasi successore Petri: sicut non Abraham quasi ex circuncisione, sed ex fide: ꝙ autem sit postea Ro. Pontifex: hoc accidit ei. Et ideo si Papa mutet sedem, quocunq; se transferat Papa est, claues retinet: quia non accipit ut Romæ sedens, sed ut uicarius Christi, ut Petri successor: & ideo non dicimus Christum hic, aut illic: neq; apostolicam sedem esse ita diuinitus designatam ut muris angustetur: ubique Christus, ubiq; ecclesia in membris suis. Sed quia successor Petri & Christi uicarius oportet quod alicubi sit & sedeat: & alicui speciali præsideat ecclesiæ: ob id dicitur illa ecclesia cui specialiter præsideat, prima: quia ibi primus episcopus præsidet: ut sella a sedente, non sedẽs a sella capiat dignitatẽ. de quo sæpius alias.

ℭQuartadecima disputatio contra aliam eius considerationem ubi plurimæ eiusdem deteguntur stultitiæ meræ.

Erum ut opinionem contrariam penitus iugulemus. Age/si ista uerba tibi trado claues &c. ad Petrum & successorem eius pertinent: necesse erit ut & præcedentia & sequentia hac ui sententiæ cohærentia ad eosdem pertineant. Non enim in sacris Euangelii uerbis admittendi/qui pro arbitrio sensus sui partem huc/partem illuc torquent & rapiunt: sed ex consequentia sensus/& uerborum ex circunstantiis intelligentia referenda est/iuxta Hilarii documentum. Cum itaq; Christus claues noluerit tradere nisi prius omnibus discipulis de sui confessione exploratis: deinde non nisi accepto & approbato responso Petri ex reuelatione patris loquentis clarum est. Claues non esse/nisi eius qui talis est/qualis tunc Petrus fuit. Quo sequitur absurdissima absurditas/quod malus Papa uel episcopus non esset Papa nec episcopus: quia non haberet fidem quæ constituit acceptorem clauium. Deinde sequitur contra textum & sensum eorum: ꝙ nec Petrus claues acceperit aut retinuerit quia Christus dicit: ꝙ portæ inferi non præualeant aduersus ecclesiam uel fidem: quam tunc Petrus tenuit. At contra Petrum præualuit etiam ancilla hostiaria. Si itaq; illorum sentẽtia staret/necessaria omnino sequela sequetur/aut Romanos & omnes Pontifices oportere esse sanctos & habere patris reuelationem/nec esse carnem & sanguinem: aut eos non esse Ponti. nec habere claues. Nec uideo quid contra hæc dici possit: cum stet tam clarus textus ꝙ claues sunt datæ non nisi ei qui carnem & sanguinem non audit: sed patrem cœlestem hoc est sanctum & iustum in spiritu: alioquin oĩs Põt.

est Sathanas non sapiens quæ Dei sunt. At si hoc dicimus iam hæreticorũ nouorum & antiquorum donatistarum errorem renouamus: qui malũ epi scopum non esse epm asseruerunt: quod absit a nobis qui sanctæ & iustę ec clesiæ ministrum impium & malum esse posse confitemur. Ita fit dum p hęc uerba uolunt ex Roma. Pontifice solum & omnem & uniuersalem Ponti. facere/nullum Pont. nobis relinquant: ut uideant quo stipendio scripturas uiolentent adulatores & ambitiosi. Reliquum ergo est Euangelium hoc lo co nec ad Petrum/nec ad successorem eius/nec ad ullum episcopum aut ul lum hominem singularem sed ad communionem sanctoꝶ quæ est ecclesia: hæc deinceps põt claues cõmittere/tum digno/tũ indigno. Indigno inq̃ co ram Deo/quia nescit utrum dignus sit Deo. Alioqn/nisi dignus coram ho minibus committere debet: Quare satis patere arbitror quãdo decreta quę dam hunc textum ad Roma. sedem & Pont. trahunt non modo frigidissi me quod modeste dixi/sed etiam contrarie sensui euãgelico uerbum Chri sti tractare/quod clarius faciemus quando ea inferius examinabimus. Inte rim de hac authoritete satis sit in summa dictũ: quod si cui claues arrogant huic necessariam quoq; esse fidem Petri/ꝙ si fides Petri necessaria esse ne gabitur & claues esse ei datas cum utrunq; copulet & exprimat/imo fidem magis & primo quærat Christus. Quare non nisi de ecclesia Christum es se locutum clare intelligitur nec de una aliqua/ sed qualibet in quali bet parte mundi. (Modestia Martini.)

Ex his uerbis plures colliguntur stultitiæ. ¶ Prima ꝙ secundum nostram intelligentiam ex isto textu euangelii sequeret ꝙ nullus malus Papa esset Papa: quia ista duo coniuncta sunt. Clauium traditio & fidei confessio ex reuelatione paterna: & propterea ille cui claues reddunt, debet esse talis qualis tũc Petrus. Huic stultitiæ occurritur ex sententia ut mihi uidetur melius sentientium, ꝙ uere clauium traditio & fidei confessio ex reuelatione pa terna ita coniunctæ sint ut hæreticus uel infidelis Papa eẽ non possit: & si fuerit, hoc ipso desinat: neq; ideo sequit ꝙ alioquin malus, nõ sit Papa: sufficit. n. si fides sit q̃uis informis & ita requirit ꝙ sit qualis Petrus, tãtisper quo ad fidem: nec tamẽ ita quo ad fidem ꝙ debe at esse æqualis fides aut eiusdem meriti: satis enim est ꝙ fides & fidei confessio fuerit qua liscunq; , ẽt informis. Et hic est ꝙ unicum hæreseos crimen contra Papam admittit: ut in illum mutum & quæri & damnari possit: quod latius patet apđ omnes. ¶ Secunda stulti tia est: ꝙ inquis ex nostro intellectu sequi: ꝙ Petrus debuerit esse in confessione stabilis si datæ ei claues fuissent: quia dictum est inferi portas aduersus habẽtem claues non præua lituras: & tamen præualuit in Petrum ancilla hostiaria. hæc autem stultitia plures filias secum trahit. Primam, qua non considerasti uerba illa euange. aduersus eam. Duplicem relationem habere posse: (ut ait Chrisost.) unam ad ecclesiam, alteram ad Petram. Per primam intelligimus ꝙ portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam: & si ita intel ligamus ut nobis liberum esset, nihil penitus concludis: quia non est dictum hoc, neq; ad Petrum, neq; ad Ponti. aliquem &c. sed expresse ad ecclesiam ut ex uerbis ita coniun ctis patet. Per secundum intelligimus ꝙ non præualebunt aduersum Petram. Sed quia per petram etiam duo ibi secundum doctores sanctos intelligimus: uel Christum uel Pe trum. Si Christum intelligimus, adhuc nihil concludis: quia contra xp̃m non præualuit totus infernus. Si intelligamus Petrum: ut intelligimus, quia & communiter sancti docto res ita intelligunt (licet August. magis placeat ut intelligatur Christus: de quo tamen pro prio tractatu differam) & tunc facile multisq; modis respondetur. Primo enim (ut appa reat secunda filia huius stultitiæ) ꝙ ancilla hostiaria non dicitur præualuisse aduersum Petrum: cum Petrus non perstiterit in negatiõe: quia præualere hoc importat, ꝙ uincere &c. Non. n. ꝑualuit Rex aduersum regem, ꝙ primo impetu fuerit supior: si demum non sequat uictoria. Secundo ut appareat tertia filia. Magister ꝓmisit hoc Petro ꝓ illo tempo re quo eẽt petra. i. caput & Põt. qđ fuit post resurrectionẽ: & tũc neq; ancilla hostiaria, neq; alia q̃libet inferi porta ꝑualuit aduersus eũ. & ita Hiero. expsse notat his uerbis. ¶ Prudẽs

Marginal notes: Pria stultitia ex uerbis Martini. — Scda stultitia — Pria filia pxi mæ stultitiæ. — Scda filia. — Tertia filia

lector inquirat quomodo post tātam beatitudinem, beat⁹ es Simō Bariona & tu es Petrus uerba
& super hāc petram &c. & portæ inferi &c. & tibi dabo &c. nūc audiat, uade post me Satha Hier.
na. Sed si cōsideret Petro illam benedictionem & beatitudinem ac potestatem & ædifica-
tionem super eum ecclesiæ: in futuro p̄missam non in p̄senti datam intelliget, ædificabo
inquit super te ecclesiam meam: & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eam: & dabo tibi
claues regni cœlorum, quæ si statim dedisset ei nunq̄ in eo prauæ confessionis inuenisset
locum. Hæc Hiero. Ex uerbis hactenus apparet, ꝙ nihil cōcludis. At uideamus rursus qd
tu hic Martin⁹ p petram intelligas, ipsam. s. ecclesiam: qa aduersus ecclesiam portæ inferi
non p̄ualuerunt. Sic ergo euangelii uerba exponenda sunt ex noua theologia Martini. Tu
es Petrus. i. Tu es ecclesia. Et sup hanc petram. i. super hanc ecclesiam ædificabo ecclesiam
meam. O nobilem architectum & magistrū q xp̄i ecclesiam sup xp̄i ecclesiam ædificat:
idem faciens ædificium & fundamentū: ut uel duo sint ædificia sine fundamento, uel duo
fundamenta sine ædificio. Et insuper prius agnoscat ædificiū iam constructum q̄ sit ædi
ficatū. Sit igit̃ merito expositio talis anathema cum expositore suo & ostentū omnibus
Tertia stultitia. qui illum uel illam sequunt̃. ¶ Tertia stultitia est: qua adeo se cōclusit infœlix, ut cū stu
det hæreses aliquas fugere, in illas offendat uel coactus. Sic enim ex eius uerbis educit̃ ꝙ si
eccl̃ia indignum coram hoībus eligat, ille claues non habebit qa ecclesia tantisp indignū
coram deo pōt eligere, non aūt coram hoībus. Indignū igit̃ Pontificē coram hoībus ab ec
clesia electū, negas esse Pontificē. hoc. n. manifeste ēt sequit̃ ex rōne tua. Si. n. deus (ut tu
concludis) nō dat claues indigno sed soli eccl̃iæ confitēti, qa scit illā dignā. Multo ergo mi
nus istā facultatē habebit eccl̃ia: q longe min⁹ bona est ipso deo: q facit oriri solē sup bonos
& malos iustos & iniustos: & hæc uis argumenti ex euāgelio & uerbo dn̄i sumit̃. Per hæc
aūt satis patet ꝙ tuam potius q̄ contrariam opinionem tuo gladio iugulasti. Sed & magis
te ipsum, Scriptum est enim. Gladius eorum intret in ora ipsorum.

¶ Disputatio. xv. sup tex. Io. ult. in illis uerbis. Pasce oues meas. ꝙ. n. ad Petrū & successorē eius non ptineāt ut sit sup totam ecclesiam ita considerat.

PRimo qa certissimū est a Petro nullum apl'oꝝ eē uel creatū uel missum: quare nec uerū nec possibile est Petro oues esse cōmissas/ sed gn̄ali sn̄ia oībus dcm̄: Pasce oues meas: nō. n. dicit oēs sicut ad oēs apl'os dicit ite in orbem uniuersum & docete omnes gentes &c.

Pria stultitia. Quis ex tam paucis uerbis tot educi putaret stultitias tam ridiculas? ¶ Prima est: Petrus
nullum creauit apl'orum nec misit: ideo neq; uerum neq; possibile est Petro. Creditas oues
fuisse. O sequelam mirabilē: qa Pius tertius nullū cardinalē creauit neq; misit: ideo non
Secunda. fuit Papa & cardinales non fuerunt sub eo: nec sunt sub leone qui ab eo neq; creati fuerunt
neq; missi. ¶ Scd̃a est ꝙ tam confidenter ait: ꝙ Petrus neq; creauerit neq; miserit ullū apo
stoloꝝ: p̄sertim ꝙ non miserit. An non est hæc negatiua Iuristatheologe q̄ est difficillimæ
p̄bationis? An ualet forsan ista sequela apud te? non legit̃ misisse: ergo nō misit? An putas Io. ul.
Tertia. omnia apostolorum gesta dictaue, scriptis reposita? nō ne ait Ioā. Multa fecit IESVS q̄ nō
sunt scripta &c. ¶ Tertia: qa ueritas est, ꝙ Petrus mittebat omnes uel ipse sol⁹, uel cū apl'o
rum collegio, uel p alios q in ptem sollicitudinis uocati erant: idq; satis ex scripturis cōstat
cum iam p illas p̄batum sit, ꝙ erat Papa princeps & caput ecclesiæ, idq; (si non aliud) satis
Quarta. est ad p̄bandū ꝙ omnia in ecclesia ab eo fierent siue p se siue quodāmō p membra sua: ut
Dionysius ait. ¶ Quarta stultitia p illa uerba. Pasce oues meas. non intelligunt̃ (inqs) oēs
oues: qa nō fuit dcm̄ oēs. O Iuristatheologe qūo iuristarum regulam oblitus es qua aiunt 1. eccl.
indefinitas eiusmodi locutiones uniuersali æquipollere? Tantumq; præstare. Pasce oues Hier.
meas: quantum Pasce omnes oues meas: sicut legans bona sua, omnia legat bona: & uestes
suas: oēs uestes. O obseruator diligens interpretū scripturæ. An non Chriso. sic ait ad uer 1. Act.
bum. ¶ Petrus apostolus a filio super omnes qui filii sunt potestatem accæpit. ¶ Num te apost.
Bernardus confundit ita in proposito exponens. Pasce oues meas: quas? illius uel illius po
pulos ciuitatis? aut regionis? aut regni? oues meas inqt. Cui non planum est non designasse
aliquas: sed assignasse oēs? Et Martino soli nō ē planū hoc: uult. n. p p̄rupta & p̄cipitia sp
ambulare ut tandē ruat. Alioqn dic tu nobis tādē argute hō: q̄s ergo oues reliqt Petro dn̄s Paul⁹
Martin⁹ cōtra Martinū. si nō oēs? Quere Martine istas oues. At (inqs) iudaismi oues. ut ait Paulus. z. ad Gal. Qui uerba
enim opatus est Petro in apostolatu circūcisionis operatus est & mihi inter gentes. At caue Bern.
primo ne inferius sis tibi ipsi cōtrarius: qui gētes potius & latinam ecclesiam commissam

Petro inquis, nunq̃ tibi ipsi constans. Deinde cum oues tantum iudaismi acceperit: cur mandatum dñi egreditur et gentes Paulo (ut tu inqs) creditas sibi arrogat? & peculiarit Rom. sibi oues uendicat? cur hanc Paulo facit iniuriam? immo & uerbo Dei? obsecro, ut puertas penitus oẽm rem. Dicito ẽt ꝙ Paulus ordinauit Petrũ ut Romæ p̃esset. ℂ Quita stultitia quõ gl̃iaris ĩ scripturaꝝ pitia? q Paulum ĩtelligis p apl̃atũ circũcisiõis, cũ tã solũ ouium circũcisiõis accipe: & p magisterium gentium curam & ep̃atum gentiũ: cum solũ ad uerbũ doctrinæ & p̃dicationis illa dicta apl̃i ptineant, ut ex uerbis & re ipsa late patet: nec .n. quia Paulus magr̃ gentium, ideo ep̃s gentium: sicut neq; beatissimus Dñicus & Franciscus sanctissimus p̃dicatores gentium ob eam gr̃am fuerunt ep̃i, imo & recusarunt esse. — v. stultitia.

ℂ Sextadecima disputatio qua de subiectis uerbis suis sup tex. euang. Pasce oues meas colligunt non plures octo stultitiæ.

Hic fatet q̃d toto opere negat.

UErum ego non possum satis admirari ꝙ tot ac tanti uiri contra tã expressas scripturas tam euidẽtes expientias oẽs oues Petro attrogãt: qui tñ unanimiter confiteri cogunt singulos apl̃os in suas sortes missos: & Paulũ de cœlo in apl̃atũ uocatũ. In q̃bus oibus quõ Petrũ adhuc oium pastorem asserere audemus q nullũ misit? presertim Paulũ ut ad Gal. 1. multis uerbis contendit? Illi inquit Marcus, p̃fecti p̃dicauerũt ubiq;. Sequit ergo/uel Petro & successori suo non esse omnes xp̃i oues cõmissas aut oues quas non Petrus/sed Paulus & cęteri apl̃i pauerũt/ad oues xp̃i nõ ptinere quo quid blasphematius? Et sequeris. ℂ Si dicis. At uerbum xp̃i ad solum Petrum dixit. Pasce oues meas. Respondeo: nõ dixit oẽs oues meas. Alioquin peccasset Petrus si non oẽs pauisset solus sine cæteris apl̃is: peccaret etiam hodie Ro. Pontifex ꝙ non pascit nec pastores mittit ad turcas & alias puincias. Quid aliud dicam? Ex isto uerbo nihil põt cogi aliud/ q̃ ut Petrus pasceret oues quæ fuerunt ex ouili iudæoꝝ: & sic nihil ad eum pertinet nec ad Ro. Pont. successorem eius/aut nõ ad solum eum ptinet. Quod ex apl̃o Paulo Gal. 2. pbo: ubi Petrũ uocat apl̃m circũcisiõis/ & sic apl̃m gẽtiũ. Ergo siqs ptinax eẽt/nulla ui cogi posset hoc uerbo xp̃i aliud intelligi q̃ pasturam ouium quæ fuerunt ex circuncisione.

Pria stultitia:

Adnotent itẽ stultitiæ & obsecro numerẽt. ℂ Prima ẽ (cui tñ gr̃as ago, qm̃ ĩgenuitati cuidã admixta ẽ) q̃ fateri uideris ꝙ sci oẽs expositores (sicut est) p hũc locũ cõcedũt curã Petro uniuersalem datam. An nõ stultitiæ est, cum concedãt omnes: ut tu solus sup oẽs tibi sapiens uidearis: & contra sapientis dcm̃ innitaris adeo uehementer prudentiæ tuæ cui nullum posueris modum. ℂ Scda stultitia ẽ: modo asseris doctores ita tenere: supra negas: & pducere ẽt illos ausus es quos aduersus te sciebas eẽ: sicut supra ostẽdimus, ut nunq̃ cesses tecum pugnare. ℂ Tertia est: ꝙ p optima cõsequentia recipis q̃ est ridicula. Paulus nõ est creatus a Petro apl̃s: ergo sub eo non est ut supius notauimus. ℂ Quarta q̃ magis ẽt ridicula est & patẽtius falsa, ꝙ si Petrus solus sine aliis apl̃is non curasset oues sibi creditas idcirco peccasset. Vere .n. si nullo mõ curasset, peccasset: sed curans auxilio fratrũ in partem sollicitudinis uocatoꝝ non peccauit. Aliquin & xp̃s (f̃m te hominem impiissimum sic loquor) peccasset: qui per apostolos creditas sibi oues pauit atq; curauit. O hõ expers omnis prudẽtiæ & sapiẽtiæ. An nõ regnũ gubernat Rex: & si p alios multos hoc faciat? O Iurista theologe: an nõ ẽ uiris regula? q̃ discimus qui per alium facit p se ipsum facere uidet? O

Scda stultitia

Tertia stulti.

q̃rta stultitia.

1. ecc. hier. Theologe insignis: an te latuit, q̃d in ppposito ait Dionysius his uerbis. ℂ Is qui scdm nos summus est sacerdos, per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans, ipse dicit purgare & illuminare. ℂ Quinta est: ꝙ ais & Roma. Ponti. peccare qui non mittit pastores ad Turcas: quia non pascit eos. Nam quómodo paulinum Theologum te facis si Pauli dictum uulgarissimum nescias? ꝙ de his qui foris sunt non est nostrum iudicium. — q̃nta stultitia

ℂ Sexta stultitia est, ꝙ ais Petro oues tantum circũcisionis commissas, ex eo q̃a dominus non dixit oẽs oues meas sed tñ oues meas, ita ut p inde sit: dicere oues meas ac oues circuncisionis tñ. Cũ tñ ipse xp̃s dixerit. Habeo & alias oues: q̃ non sunt ex hoc ouili: & illas opor. — sexta stultitia

Io. 10

tet me adducere,& fiet unum ouile & unus pastor. Verbum igit̃ xp̄i irritū & uanū erit & Martini uerbū stabit si deo placeat. ℭ Septima est q̄ uerbū Pauli ad Gal.2. nō intellexisti

vii. Stultitia. de quo ꝓxime disserui. ℭ Octaua est, ubi uelut in speculo nitidissimo cōspiceris q̄lis sis.

viii. Stultitia. Sic ēt in ope ad Leonē contra Sixti decretū te defendis: nec sine dei nutu ueritatē loquēs. his uerbis. Primū siqs ptinax esse uellet: diceret. Proba q̄d dicis optime pater. O q̄ uere

ℂ Quid nūc ais Martine? Nū agnoscis q Iulius orientis epos iubet Romā uenire? & Athanasium etiā euocat regulariter ad iudiciū? Si regr: qūo nō habet ptātem? Sed quid agit Athanasius? Nunquid quod Martinus? ut cōparere detrectet? Absit a uenerabilissimo uiro & Sanctissimo. Sed (inquit historia) ille cōtinuo euocatione suscepta uenit. Ita faciūt uiri sancti Martine: Athanasiū imitari debuisti. Et tu tū studuisti emulari malignantes. Nā quid fecerunt illi pessimi epi? & quos calumniarū sarcinatores appellat historia? illos inquā quos Martinus cōmendat? Romā qdem (inquit) pfecti nō sunt. Quid mirū si eos laudet Martinus, quorum est egregius emulator? At quare Romā nō sunt profecti? Quippe scientes (inquit) facile suū posse capi mendacium. Quare et non pficiscitur Romā Martinus? An putamus aliam cām esse q q scit facile capi ibi & puniri posse, dolos, mēdacia, & blasphemias suas? Sed puniet Deus ipse plusq credas. Nota Martine hæc ad te pertinent.

ℂ Qui ex superioribus nondū forte certus est, de Martino, certior fiat ex ista quarta rōne.

Qvarta / Ro. Pont. esse omnibus superiorem humano decreto sancitum est: nempe Cōstantini quarti Ro. Imperatoris: ut scribit Platina in Benedicto. ii. nec tū sic obseruatum epis aliis.

O Dei miraculū ut hæretici, licet cōtra ueritatem oēs dissentiant, secum tū consentire nō possunt. Hic uir bonus conatus substinere Magistri sui Ioannis Huss errores: q acceperat dixisse illum pariter a Cōstantino ortum hunc Primatū: nō aduertit q ille a Cōstantino primo, nō quarto dixit: & ita Dei nutu dissipantur uanitates eorum. Non etiā aduertit q ille idem Magister Io. Hus. in lib. y. Blasphemiarum suarum pbat illam suam opiniōem per Hæretici secum nunquā cōsentiunt.

c.Constantinus.dist.xc.quod tñ.c.Eludens Martinus Paleam vocat:& paleam sine grano. Ecce q̃ dũ nitunt̃ cõtra ueritatẽ concordare,nõ pñt dei ꝓuidẽtia inter seipsos nõ dissentire. Sed uideam⁹ iam qd iste Platina dicat: si forsan more solito ĩfœlix iste præstigiator historiã mutet,& fingat aliqd de suo. Quippe nihil aliud de Benedicto ibi legitur q̃ hoc.

Verba historiæ contra Martinum,

☞ Ad hunc Benedictũ Constantinus Imperator hoĩs sanctitate permotus sanctionẽ misit, ut deinceps quem clerus populus exercitusq; Ro. in Pont. delegisset, eundem statim Christi Vicariũ esse,oẽs crederent:nulla aut Cõstantinopolitani Principis aut Italiæ exarchi expectata authoritate,ut antea fieri consueuerat.Id.n.ratum erat in creando Pont.quod Princeps cõfirmasset,uel qui eius uices in Italia gerebat.☞ Vbi ergo dicit̃ q̃ Cõstantinus hunc Primatum dederit Ro.Pont.? Potius cõtrarium.Cũ.n.hoc solum ibi dicatur,q̃ ꝑpter sanctitatem Benedicti motus,Cõstantinus id iuris quod arbitrio sibi sæculares Principes uẽdicauerant,relaxauit:uidelicet.Ne quis Ro.Pont.aut Christi Vicarius haberetur ante eorum confirmationẽ.Liquido apparet, q̃ antea erat quidẽ idem Primatus,erat Christi Vicarius,ubiq; poterat imperio & authoritate:Sed nõ anteq̃ cõfirmaret̃.Confirmatio igit̃ sola est relaxata Cõstantini beneficio,nõ ampliata iurisditio. Vide igitur. Infœlix hõ q̃ infœliciter succedant coram frigidissimo Thomistarum hæ tuæ cõfictæ meræ fabulæ. Sed et latius peruagaris addendo fabulas fabulis.

☞ Hic aliud Speculum in quo rursum inspicere liceat Martinum.

Qvinta. Nunquid Cyprianum & Augu. aliosq; Aphricæ episcopos confirmauit Papa? qui tamẽ de latina ecclesia erant? Nunquid eorum concilia impediuit? aut conciliabula fuerunt? quia sine Ro. Pont. authoritate gesta sunt? ut in eorũ libris clare habetur.

Obsecro nunc te lector. Primũ cõsidera quanta uerboꝝ procacitate,rem nobis tanq̃ indubitatã diuq; cõpertã & incõfesso positam nullaq; prorsus egentem ꝓbatiõe ingerat. Quid enim si ipse tunc tp̃is affuisset oĩum epoꝝ electionibus & cõfirmatiõibus, ac tractasset? & illis præsuisset cõciliis? an audacius ꝓnũciasset gesta illa fuisse citra Ro.Pont. authoritatem? Attende subinde Lector, qua etiã fronte audet dicere. Clare hoc in eoꝝ libris habetur: Et crede meo periculo Martino penitus oĩa quæ dicit nisi euidentissime ostendero, q̃ clare cõtrariũ in eoꝝ libris continet̃. En quod Aug. scribit in Epistola.xc.cũ uniuerso Carthaginensi cõcilio supra.lx.Patrum:ad Innocentium Papam. Post eoꝝ enim gesta enarrata. In quibus Pelagianam damnarunt hæresim ita ad uerbum legitur. [Epi.xc.]

☞ Hoc itaq; gestum domine frater sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut statutis medio nostræ charitatis, etiam Apostolicæ sedis adhibeatur authoritas, pro tuẽda salute multorum, & quorundam etiam peruersitate corrigenda.

Verba Carthag. concilii ad Papam.

☞ Quid ais nũc Martine? an clare iam ostendi q̃ Carthaginense concilium in quo adfuit Augustinus nõ existimauit quicq̃ ualere nisi Ro. Pontificis authoritas adesset? Sed uideamus quid responderit Innocentius Papa. Sic.n.ad uerbum respõdit.

☞ Innocentius Aurelio Augu.& oĩbus sanctis episcopis uel cæteris qui in cõcilio Carthagi affuerunt ecclesiæ: Dilectiss. Fratribus in Domino. S.

☞ In requirendis de his rebus quas omni cum sollicitudine decet a sacerdotibus, maxime a uero iusto & catholico tractari cõcilio, antiquæ traditionis exempla seruantes & ecclesiasticæ memores disciplinæ: uestræ religionis rigorem nõ minus nũc in cõsulendo, q̃ antea cũ pronunciaretis, uera rõne firmatis: qui ad nostrum referẽdum approbastis iudicium. Scientes quid Apostolicæ sedi debeatur, cum oẽs hoc loco positi ipsum sequi desiderem⁹ Apostolum: a quo ipse ep̃atus & tota authoritas huius nominis emersit: Quẽ sequẽtes tam mala iam damnare nouimus q̃ ꝓbare laudanda: uel id, q̃ patrum instituta sacerdotali custodientes officio, nõ censetis esse calcanda: q̃ illi non humana sed diuina decreuere sentẽtia: ut quicquid de disiunctis remotisq; ꝓuinciis ageretur nõ prius ducerẽt finiendũ nisi ad huius sedis notitiã perueniret: ubi tota huius authoritate iusta quæ fuerit ꝓnunciatio firmaretur. Indeq; sumerent cæteræ ecclesiæ ueluti de natali suo fonte aquæ cunctæ ꝓcederent: & per diuersas totius mũdi regiones puri capitis incorruptæ manerent. ☞ Ecq̃d uidetur tibi Martine de his uerbis? An nõ te penitus de mẽdacio simul & Blasphemia cõfundunt? Sed qd in sequenti Ep̃la de Mileuitani cõcilii gestis legitur? Nõne pariter implorarunt Ro. Pontificis authoritatem: ita scribentes? ☞ Quia te dominus gratiæ suæ præcipuo munere in Sede Apost. collocauit: talemq; nobis præstitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ

Nota Martine uerba.

Nota inq̃ uerba, diuia sententia nõ humana.

Verba Mileuitani cõcilii.

gentiæ ualeat, si apud tuam uenerationem quæ pro ecclesia suggerenda sunt tacuerimus, q̄ ea tu possis uel fastidiose uel negligenter accipere. Magnis periculis infirmorum mēbrorum Christi Pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris.

¶En igitur si Ro. Epi author itatem flagitant suis statutis? Nōne clare habetur hoc ex eorum libris? Sed audi quid responderit Innocentius. Hæc eius uerba.

¶Diligēter & cōgrue Aplico cōsulitis honori: Honori inq̄ illi⁹: quē pter illa q̄ sunt extrinsec⁹: Sollicitudo manet oīum ecclesiarum: sup anxiis rebus q̄ sit tenēda snīa, antiq. s. Regulæ formā secuti, quā toto semp ab orbe mecū nostis esse seruatā. Verum hæc missa facio: neq. n. hoc uestrā credo latere prudentiā: qui id ēt actione firmastis, Sciētes q̄ p oēs puincias de Aplico fonte petentibus rīsa semp emanent: psertim quotiēs fidei rō uentilat arbitror oēs frēs & coepos nostros non nisi ad Petrū. i. sui noīs & honoris authorē, referri debere: uelut nūc rettulit uestra dilectio, quod per totū mūdū possit oibus ecclesiis in cōe pdesse. Nota uerba Martine & cōfundere. Semper.

¶Quid dices mō Martine? Potes rīdere? Potes defendere nūc te a tot mēdaciis? an nō p baui: Clare ex eorum libris, eius penitus cōtrariū, qd tu in illis hrī mēdaciter pnūciasti? Sed fortassis aliud ex Cypriani libris hrī pōt. Nequaq̄. Sed idē penitus. Immo audi Martine: Erāt qdā in peccato tuo: uidelicet. Schismatici & hæretici q̄ ab ecclesia Ro. ex hæreticorū sollicitatiōe desciuerāt. Deinde pnia ducti errorem cōfessi sunt: De quo refert Cyprianus Beatissimus ad Cornelium Papam his uerbis.

¶Et ut ipsorum ppria uerba designē nos (inquint) Corneliū epm. Sāctissimæ Catholicæ ecclesiæ erectū a Deo oīpotente & Christo Dn̄o nō scimus: Nos errorē nostrū confitemur. circūuenti sumus pfidiæ loquacitate. Factio sana, Amētes uidebant, quasi quādā cōicatio nē cū schismatico hoie semp habuisse. Sincæra tn̄ mēnsa in ecclesia semp fuit. Nec ignoramus unū Deū esse: & unū Christū esse Dn̄m, quē cōfessi sumus, unū spūm scm̄: & unū epm in catholica Ecclesia esse debere: Hæc Cyprianus ad Corneliū Papā. O uerba oportunissima contra hæreticū hoiem ad obstruendū penitus os loquētis iniqua. Sed utinā & tu Martine aliqñ horum exēplo resipisceres, q circūuētu pfidiæ loqcitate negātes sūmū atq: unū a Deo cōstitutū Pastorē tandē pfessi sunt errorē: & ad unitatē redierūt. Habeo autē & plurimas ad hoc Cypriani Epłas idē penit⁹ plusq̄ manifestis uerbis cōprobātes. Sed si hæc nō sufficiat, neq: ēt aliæ qcq̄ pfecerint. Nā & sequens rō tua me uocat ad se, quæ tā egregia est, ut neq: faciē neq: similitudinē habeat rōnis ullam. Sic. n. ais ad uerbum. Verba cypriani quæ te confundūt Martine. Vnū Epm no ta Martine.

¶Nouum Speculum Martini ubi inspicitur mendax uanus & imperitus.

Extra. Quādo Alexādrinum / Antiochenum / Hierosolymitanū: & alios Aegypti / Arabiæ / Syriæ / Asiæ / totiusq; oriētis epos instituit? Hi ergo omnes hæretici fuerunt? Absit. Quæ facies hæc rōnis.

Rogas igitur qñ Alexandrinū & alios quos nominas instituit? Respōdeo tūc tēporis quando sunt instituti. O uanissime hoium, ut. n. laici tui numerent rōnes, ideo tertiā, quartam, quintam sextam, septimam: quæ sub una cōprehendi poterant inuicem diuisisti: & qui ab aliis scripturas exigis aut Canones, aut Patres tu solis uerbis & omni nudis ueritate dispu tas. Sed certe melius ita consulis honori tuo. Melius est. n. nihil adducere, q̄ si quæ adduceres retorquerentur in te, sicut euidēter in aliis factū est ubi aliqd adduxisti. Vnum tamen adnotare in his tuis uerbis libet quo ostendis latissime (& si hæreticus sis) nescire tamē te quid hæresis uel hæretici noie importetur: cum euidēter cōcludas eos cōtinuo hæreticos qui se p epis gererent sine Pontificis authoritate. De quo paulopost. Nā & per hæc satis ad septimā responsum est, qua idem penitus inculcas & milies abs te replicatum.

¶Rursus & aliud Speculum ubi iterū falsarius & inefficax & imprudēs cernit.

Octaua. Scribit Hiero. de illust. uiris. q̄ Achaous eps Cæsarieñ. discipulus Eusebii Pāphili: Imperante Cōstantio Liberiū Papā deposuit: & fœlicem constituerit. Item Ioānem Chrisost. nō Ro. Pontifex: sed Theophilus Alexandrinus & Epiphanius Cypri epi: ut in tripart. deposuerūt. Idem Epiphanius Cypri minor eps Ioanne Hierosolymitano epo: eundē excōmunicauit: & si historiās cōsideres: qūo nunc Imperatores Papam, nunc cōtra Papa Imperatores. Itē Papa Epos: & Epi Papam muta

rint/statuerint/deposuerint: credas te Iliada quandam uidere: nec mirũ:qa Christũ nõ audierunt ambitiones ꝓhibentẽ:ideo toties colliduntᷓ/& turbãtur:pœnituit cõicasse cũ illo:ut.D.Hiero.scribit contra eundem.

Nũc uideo sup impleri de hæreticis quod scriptũ est.Posuerunt in mẽdacio spem suã,nã aliqñ putabã his finẽ fore,sed inter manus(qđ dr̃)augescũt.Nã ubi in toto illo Hiero.tractatu.de uiris illust.legitur Achatius Liberiũ deposuisse? Quo magis falsarioꝶ Mitra.dignus es:q nobis oĩa fingas & pingas,ut lubet.Oẽs historiæ Liberiũ a Cõstantino exulẽ pulsum narrãt:Ecclesiastica:tripartita:Platina.Et idẽ Hiero.de uiris illust.Pateat igiᷓ iam orbi uniuerso turpitudo tua.Præterea si ẽt fideliter historiam ꝓduxisses:Si Achatius deposuisset Liberiũ.Quid tum? nũ forsan in Theologia tua noua Papã ep̃o supponas:aut Imperatoriũ?& ita supponas,ut qđ firmauit Deus,ep̃s destruat,aut Impator? Obsecro,sic doce Laicos tuos:aut si hoc factũ nõ ꝓbas. Cur igiᷓ pro rõne adducis,qđ iniustũ est?& quasi de iure fuerit, quod fuit de facto? Porro qđ est,qđ ais.Credas te Iliada quãdam uidere? Tanto.n.magis cohiberi deberes: ꝙ in tot & tantis Iliadis nauem istam stare cernis, & nũq̃ periclitatã.Quod q existimet sine Dei ualida manu esse,nullius est lucis.

Falsari᷒ Martinus.

Nota Martine.

¶Speculum aliud ubi pariter falsarius & imperitus terminoꝶ & scripturarum apparet.

Ona. Quid ad hoc dicemus? uera ne est illa sñia quã tota Ecclesia oĩa,ẽt decreta:oẽs Doctores tenẽt:esse/uidelicet Ep̃os Ap̃loꝶ successores:ut dist.xxi.c.in nouo?Si est falsa:qđ iactaᷓ tanta authoritate?Si uera.Quõ solus Ro.Pont.est successor unius Ap̃li Petri: & cæteri oẽs Ro.Pontificis sunt subditi? Cur nõ & alii Ap̃li hñt successores? aut fuerunt Ap̃li successores unius Petri? Cur cæteris Ap̃lis auferᷓ sua gloria: & tribuiᷓ soli Petro? Cur nõ qlibet ep̃i hñt: quod Apostoli eoꝶ habuerũt:cũ Ro.habeat:qđ Petrus suus prędecessor habuit? Muta ergo uerbũ:& dic ꝙ ep̃i sunt Ap̃loꝶ successores:sed unus ep̃s Ro.est unius Ap̃li successor. Ista rõ/fateor:nisi ego sum insensatior truco:cogit & oĩuꝫ obstruit os/esse ep̃os oẽs æq̃les.Et sicut Ro.Pont.a nemine ordinaᷓ:ita qlibet per solam electionem:sicut ipse ordinari debet:iure diuino. Stat.n.firma sñia:nullũ Ap̃lorũ a Petro missum esse: sed omnes eadem a ChristoDño æqualia accæpisse in suas sortes:ergo eoꝶ ep̃i successores:æqualia hñt cũ Ro.Pontifice/excepta prærogatiua honoris seu dignitatis: sicut Paulus ad Corinth. clare scribit. Quid enim minus feci a magnis Apostolis.

Age:qđ ad hoc dicemus(inqs).Ad qđ?Vera ne(inqs)est illa sñia quã tota ecclesia,oĩa ẽt decreta:oẽs doctores tenent?Quæ ista sñia?Esse ep̃os Ap̃loꝶ successores? Vbi ista sñia ꝓbatur?Inquis.c.in nouo.dis.xxi. Miror ꝙ illud.c.ꝓducas frigidissimũ tua sñia.Sed habeo te:qñ.n.ꝓ tua opinione facerent calidissima essent:imo & ipsa frigiditas calida erit tunc. Sed qđ dr̃ in.d.c.in nouo.Dic rursus?Oẽs ep̃os Ap̃loꝶ successores esse(inquis)ibi dicitur. Sed dic mihi uero Martine.Es ne tu uoto aliquo alligatus,ut nullũ tex.fideliter adducas? Si.n.sic uouisti:nulla forsan erit huic malo medicina nisi intelligas ꝙ uota de malis faciẽdis non ligant.Nam in.d.c.in nouo.nullum penitus tale uerbum,ꝙ episcopi sint successores Apostoloꝶ:nisi forte aliud tu habeas.c.in nouo.scilicet in nouo illo quod moliris concilio iam fabricatũ;Attamẽ attende demũ Martine ut intelligas te ipsum: & qđ loquaris miser:Ep̃os esse successores Ap̃loꝶ dupliciter itelligere potes.Vno mõ esse successores circa curã certã illius uel illius ecclesiæ: & qs in istum sensum dixerit tam plane stultus ep̃os esse successores Ap̃loꝶ?cũ nõ oẽs p̃sideãt uel p̃sederint illis ecclesiis quibus Ap̃li p̃fuerũt: cũ auctæ fuerint ecclesiæ pene innumerabiliter: & aliquæ earũ:q̃ tunc erant extinctæ iam sint.Præterea duodecim Apostoli fuere: an tu uis eos tot cõprehendisse sp̃ali ep̃atus cura ecclesias:quot nũc sub ep̃is singulis reguntur?Etenim duodecim Apostoloꝶ nõ nisi duodecim ep̃os esse in hũc modũ successores pñt:sicut unus ep̃s unius Petri successor est.Alio uero modo dici ep̃i successores ep̃oꝶ pñt.i.qa in illã curã,& quod Paulus ait,Bonũ opus qđ

Ep̃i successores ap̃loꝶ quõ intelligaᷓ.

explebāt Apli. Succedant: & ita uere dici pōt, eos Apostolo℞ successores. Nō uideo ergo sic intelligēdo, quod uerbū mutari oporteat. Et re uera nō legi aliqñ dubitatum a quouis ꝑuersissimo hæretico Ro. Pontificē Petri esse spāliter successorē. Habēt ergo oēs Apli epos successores generaliter in cura: nō spāliter & necessario in ecclesia. Solus Petrus spāliter habet successorē in ecclesia: qa spāliter ei catholica ecclesia est cōmissa, q̄ sine rectore esse nō pōt. Cæteræ nō hu⁹ sunt priuilegii, ut notū est, & sæpius dictū qđ Greg. in Epla ad Eulogium Alex. his uerbis oportune cōmendat. Dicēs: ❡ Et si multi sint Apli. ꝓ ipso tn̄ Principatu sola Apolo℞ Principis sedes cōualuit &c. ❡ Tu igitur muta uerbū Martine, ad te ptinet Martine, & mentē simul mutare & uerbū. Nihil nos mutare oportet. Plana est ueritas & stabilis uirtute sua. Porro qđ ad rem ptinet quod ait Paulus? Quid minus feci cæteris Aplis? nā & Dn̄icus & Frācisçus nōne pn̄t dicere: & merito dicere. Quid minus nos fecim⁹ plurimis Pōtificibus sūmis? ergo ista rōne, authoritate erant illis æquales: & nō potius sub illis. O hominū stolidissime. Si dixisset Paulus. Quid minus potui: aut qđ minus habui authoritatis cæteris Aplis. Opus tunc esset solutiōe. At qa de laboribus merito gloriatur, nihil hoc ad ptātem: aut si ad ptātem ptinere hoc uelis, certe qa plus cæteris laborauit (ut ipse de seipso uere testatur) nō iam æqualis, sed sup alios fuisset: & ppea æqualis esset Petro & aliis, sicut sæpe facis: & amplius ēt superior, sicut ista rō ꝓbat: ergo simul æqualis & superior: ergo qđ seqtur? Dic tu Martine: alioqn dicemus nos. Melius est aūt ut dicamus: tu. n. nunq̄ diceres. Scin quid sequitur? Profecto q tu es insensatior trunco. Martinus cōtra Martinū.

❡ Duæ Mitræ donantur sequenti rationi tam inuictæ.

D Ecima. Respōde/Si Ro. Pōtifex præcæpto Dei est Vicarius generalis in tota ecclesia: sequit̄ ineuitabiliter: peccare eos/imo esse hæreticos/qui nō sub eo fuerint. At tunc ecclesia tota primitiua: saltē usq; ad. cccc. annos cum tot Martyribus & Sanctis/hęretici erunt. Obsecro quid prodest tantam blasphemiam in ecclesia pro fumidę ptātis pompa statuere? Deniq; ēt Sanctus Petrus erit hæreticus: qui ante Ro. Ecclesiā cum Apostolis fuit Hierosolymis. Vincit me hæc ratio inuicta.

Coronetur igit̄ Mitra sua rō hæc inuicta q̄ Martinū uincit. Inuictā certe nimis oportet eē rōnē q̄ tantū uincat Theologū Martinū. Hæc ergo sit prima eius corona: q falsum manifeste supponēs sup falso fabricat, dū ait. Primitiuā ecclesiā sub Ro. Pont. non fuisse. Sub Petro. n. fuit q Ro. Pont. dictus est, licet postea ita dictus sit. Pueriliter ergo decipitur Martinus. Vera. n. hæc est. Iesse genuit Dauid. i. illū q fuit postea dictus Dauid. Immo & hæc recipit̄ ad bonū sensum, cū sit Euangelii. Iesse genuit Dauid Regē. i. illū qui fuit postmodo Rex. Sicut & recte diceretur. Leo Papa fuit Legatus Bononiæ, licet tūc Leo nō diceretur, neq; Papa esset. Ita recte saneq; dr̄ ad rectū sanūq; sensum: ut oēs intelligūt Doct. Primitiua ecclesia fuit sub Ro. Pont. i. sub Petro q Ro. Pont. fuit, licet tūc nō ita diceret̄: uidelicet qñ adhuc Romæ nō erat. Sed qa rō tā inuicta, Digna est ēt alia Mitra: ut interdū una interdum alia utēs spectabilior appear: Ecca illa: nā in lōge crassiore ignorātia p̄supponit aliam falsitatē: uidelicet. Oēs qui nō se submisissent ptāti & authoritati Pontificis: si submitti debuissent, sicut dicimus: hæretici ppea fuissent. Et ignoras miser q hæresis errorē in intellectu reqrit: Nec. n. oīs rebellis ecclesiæ cōtinuo hæreticus est, nisi uere in errore hoc sit ut existimet se ecclesiæ nō subesse: qui aūt recte credat, At nihilominus se subtrahat ab unione: iam hic nō hæreticus, sed potius schismaticus censendus est Martine. Triūphet igitur iam coronata suis Mitris inuicta hæc tua ratio quæ te uincit.

Prima Mitra

Secunda Mitra.

❡ Iudaizzatio Martini hic ostenditur in uerbo℞ interpretatione: sicut supra multotiens.

U Ndecima. Si ulla ecclesia est prima: & mater omniū: nō est alia nisi Hierosolymitana: ut dixi supra. Quid. n. faceret Roma: si hr̄et hęc ꝑ se: qui habet illa? Nempe qđ Isa. & Miche. & oēs Prophetæ pronūciarint: de Zion exiturā legē Euāgelii: & de Hierusalē uerbū Dn̄i. Itē q Dn̄s ibi dedit gloriā in domo sua nouiss. ut Aggeus dicit. Quod Xp̄s ibi Pōtifex, Apli aūt uelut p̄byteri: quod Christus ibi oblatus: spūm sanctū misit,

Et breuiter hinc/in oẽm terrã exiuit uerbũ Dei:hinc oẽs ecclesiæ:nec est ullius tam impudẽs frõs: qui possit negare hãc esse uere matrẽ ecclesiarũ omnium/fontem/radicẽ/ac matricem etiã Ro. Ecclesiæ. Si ergo hæc nõ habet primatũ:imo uix quintũ ei dederunt:quanto minus Romana Ecclesia/quę est eius discipula? Dicat aduersus hæc aliquid qui potest.

Dicas(inqs)aduersus hæc aliqd qui põt. Dicã ergo ego aliqd, qui puto posse. Et qa tu nihil noui dicis pter milies dicta:ego quoq; nõ recedã a dictis. Dico igit q tu Iudaizzas Martine:tu Romã & Ro. Ecclesiã carnaliter intelligis,sicut Iudæi syon intelligunt. Hinc error Martine. Tu putas ponere nos ptãtẽ in loco,& a loco pcedere in hoiem. Et nos cõtra:in homine Põtifice ptãtẽ a deo datã agnoscimus:quã ille quouis loco gerit: ut p illũ locus,nõ p locũ ille sit celsior. Ita canones, ita sacri Doct. ita egregie btũs Grego. his uerbis,in Epla ad Eulogiũ Alexandrinũ scripsit. ☙Quis.n.nesciat. Sanctã Ecclesiã in Aploꝝ Principis soliditate fundatã?q firmitatẽ mentis traxit in noie,ut Petrus a Petra uocaret?cui ueritatis uoce dicit. Et tibi dabo claues regni cœloꝝ,cui rursum dicit. Et tu aliqñ cõfirma fres tuos. Et iteꝝ. Simon, Ioan. Amas me? Pasce oues meas. Vnde & cũ multi sint Apli, p ipso tñ principatu,sola Aploꝝ Principis Sedes cõualuit. Quæ in tribus locis unius est. Ipse.n.sublimauit Sedẽ,in qua & qescere & psentẽ uitã finire dignatus est. Ipse decorauit sedẽ,in qua Euãgelistã discipulũ misit. Ipse firmauit sedẽ,in qua septẽ annis quis discessurus sedit. Quid ergo ais Martine?cũ ita dissoluimus ut non sit alius fons qrendus ecclæ Ro.q̃ Deus ipse:q in uno capite ac Pastore eã firmat. Nõ Hierosolyma Romanã sedẽ, sed Petrus extulit: Petrum Christus:Christum Deus omnipotens. Qui est benedictus in sæcula.

Nota uerba Greg. Martine.

Greg. lib. 4.

☙Speculum nouum confusionis Martini.

Duodecima. Conciliũ Nicenũ:ut scribit lib.x.c.y.histo.Eccle.Statuit.arti.vi.in hũc modũ. Et apud Alexandriã/uel in urbe Roma/uetusta cõsuetudo seruet:ut uel ille Aegypti/uel hic suburbanarũ ecclesiarũ sollicitudinẽ gerat. Rñde/hoc cõciliũ oĩum fere sacerrimũ est. Et ecce/nõ mõ nõ primatũ & monarchiã Rõano dat Põtifici:sed ex uetusta cõsuetudine:nõ iure diuino tribuit sollicitudinẽ Italicarũ & suburbanarũ Ecclesiarũ. Atq; hæc in ppositione mea tetigi:qñ dixi:quod contra frigidissima decreta staret decretũ huius cõcilii. Si ergo sum hæreticus. Age/tollant primum hoc concilium : cui me ipsa quoq; decreta:tanq̃ Euangelio cogunt obedire. Nõ possum duobus Dñis seruire contrariis.

Nõ est nostrum Martine concilia tollere:sed tuũ,& tuorum magistrorum ac discipulorũ. Absit autem ut a uobis discamus, Sanctorum authoritati conciliorum,tantillum derogare. Potius a Beato Thoma nostro instructi, id curabimus: Recte statuta in conciliis:recte quoq; intelligere:recte intellecta,recte alios docere. Et admonere pessime intelligentes ac peruertentes,rectius atq; sanius ut intelligant. Et idcirco tibi nunc dico Martine. Decipi te nimis imperite: cum existimas, idem esse gerere facto ipso actualem per se sollicitudinem ecclesiarum:quod habere super eas potestatem. Verũ est enim, Papam super omnes ecclesias potestatem habere:nec tamẽ uerum est, omnium sollicitudinem gerere. Vocauit .n.alios in ptem sollicitudinis:per quos gerere satis dicit.ut supra latius. Præterea ut breuiter perstringam & confutem omnia quæ per concilii Niceni decreta arguis. ☙ Ita primo,tertiadecima ratione scribis:sancitum ibi esse episcopos a prouincialibus ordinandos & non a Ro.Pont. Hæc ratio nescio quid concludat. Si præsupponatur uerissima & indubitata apud omnes ueritas.s.illud & qduis aliud concilium robur sumpsisse ab authoritate Pont.Ro.ut in sequẽti libro pbabitur. An nouũ tibi uĩ Martine q ordinatiões epoꝝ, nũc uno mõ,nũc alio, fieri pmittat Põtifex, in cuiꝰ manu eiusmodi oĩa sũt? Põt ille eligere & cõfirmare & ordinare imediate p se si uelit: põt & p alios: ipse tñ semp facer est dicẽdus qđ p alios fecerit:ut ex authoritate Dionysii & exẽplis ac rõne pbauimus. Ab ipso igit ordinari satis dicunt,qñcũq; p alios ordinati fuerit bñplacito & statuto suo. ☙ Quartadecima deinde rõe arguis ex uerbis Isidori quẽ tñ nobis fecisti canẽ cũ staret aduersus te ut uidebimus & nũc illũ in nos retorques enarrantẽ lib. ult. Ecclesiasticæ histo. Statutũ hoc Niceni

Martini equiuocatio.

Tertiadecia rõ sua soluit

Xiiii. & xv. ẽt soluitur.

cōcilii his uerbis. Et ut Epo Hierosolymoꝝ antiquus tradita honoris prærogatiua seruet. Quid tum? Ergo erit eps Hierosolymitanus sup Epm Rom? Nā qñ unq̄ eiusmodi progatiuam habuit? Fuit ne forsan Iacobus maior Petro? Quē Bernardus minorē explicite probat, ut diximus? O, rōnes inuictas & robustissimas. ¶ Quintadecima sic pcedis. Si Ro. Ecclesia est p̄ rima pp primū Aplm Petrū: Cōpostellana erit secūda pp secundū Iacobū: & Ephesina tertia pp tertiū Ioānem. Fateor argumentū, si post Petrū Apostolū & primum oium pbaueris, Diuino iure Iacobū uel aliū quēq̄ secundū aut tertiū. Sub Petro. n. & post Petrū oēs æquales. Atq; iō obseruarunt doctores egregii ex Euāgelio Matthæi. Cū enumerantur Apli, ita dici. Primus Simō qui dicit Petrus. Andreas Iacobus &c. Et nō ita. Primus Petrus: secūdus Andreas &c. quia quo ad gradum & authoritatem solo Petro pcedēte ueluti capite, cæteri æquales manserūt ueluti mēbra: Quod euidēter Greg. his uerbis pbat. ¶ Certe Petr⁹ Aploꝝ primū mēbrū sanctæ & uīs ecclīæ ē. Paulus Andr. Io. qd aliud q̄ singularium sunt plebiū capita? Frustra hic ēt obiicis de ordine ecclesiaꝝ (circa honorē) mutato: q alīqñ Antiochena prior Alexādrina fuerit, aliqñ ecōtra. Nā id magis cōfirmat qđ uolumus. Cū. n. hoc factū sit placito Ro. Pontificis: satis patet, ad eū plenā spectasse authoritatem circa hoc: & plus satis patet, q una sola Ecclesia primaria: illa. s. ubi præsit Eps primus: nulli sit subiecta mutationi, Cæteris totiens mutatis: & nōnullis etiā destructis. Hæc sola: hæc inq̄ sola, in Christi petra principaliter collocata, ut & maneat semp, ac semp emineat necesse est. Nihil agunt Martini aduersuseā. Bestiaꝝ cornua nihil pualent. Dixit. n. Iesus portas inferi, hoc est Martinos, hoc est bestias, hoc est hæreticos, nō pualituros: uos nō creditis Martini. Et tñ uidetis ita esse, atq; ita semp fuisse. Nō mētitur Dñs qui est ueritas. Vos aūt ex patre Diabolo estis, & p iniqtatē uestrā nobis ipsis mentimini, cū id speratis qđ nō erit nec esse pōt aduersus Christū Dñi. ¶ Vltimā aūt huius hois rōnē uolo ppriis uerbis suis ponere. Digna est. n. & illa ut nō fraudetur gloria & Mitra sua.

Matt. x.

uerba Greg Lib. 4. Epla 38.

Consequētia Martini.

Nota Grego. Martine.

Retorquetur eius arg. in illum.

¶ Vltima ratio digna, ut non prætereatur ab eo qui cupiat Martinum nosse.

Decimasexta. Si ad solos Petri successores ptinet uerbum Christi, Tu es Petrus: & pasce oues: pari sequela concludetur. Solius Ioānis successores esse filios Mariæ in cruce cōmēdatos/solos plus cæteris dilectos: qa hunc solū in cruce allocutus matri cōmendauit. Ergo ab Ephesinis epis accipiunt cæteri: ut sint filii Ecclesiæ & Mariæ. Itē soli successores Iacobi & Ioānis essent filii tonitrui: & soli successores Iacobi minoris sint fratres Domini: & oīno oīum/ad quos Christus, semel locutus est successores/haberēt eadem iure diuino: quo quid uanius dici potest.

Miror Martinū tantū Iurista Theologū nescire q̄ pueri p impatorias Institutiōes secūda aut tertia lectiōe discūt: uidelicet nō trāsire neq; extendi q̄ psonalia sunt dona, idest psonæ gfa tñ cōcessa: sicut legit lib. 1. Insti. De iure nat. gen. & ciui. Quare istæ sequelæ tuæ iā ridiculæ, nūc nobis stomachosæ tandē factæ sūt. De qbus supra satis. Breuiter nūc colligo successores alicui in officio, in his demū succedūt q ad officiū ptinent: quæ uero sunt prorogatiuæ personales: ut q Ioanni assignaretur Maria loco matris & eiusmodi. Minime transeunt. Non enim officii ac muneris episcopatus sunt: & ideo uiuat coronata hæc ratio, sua corona, & pueris spectaculum maneat. Subdis autem.

¶ In fine dico. Me nescire an xpiana fides pati possit: quod in terris aliud caput ecclesiæ uniuersalis statuit: præter Christū: sunt qui Christū in ecclesiā triūphantē reiiciunt: ut Ro. Pont. militantis ecclesiæ caput cōstituant: contra expressum Euangelium Matthęi ult. Ecce ego uobiscū sum usq; ad cōsumatiōem sæculi. Et illud Act. ix. Saule Saule: qd me psequeris. Iō. n. regnū fidei ecclesia uocatur: quod, rex noster nō uidetur/sed creditur: sicut. i. Cor. xv. dicit. Oportet illū regnare: donec ponat inimicos suos scabellū pedum suoꝝ: & tunc trādet regnū Deo & patri. At hi regnū reꝝ psentium faciunt: dum uisibile caput erigunt? Nam & mortuo Pontifice ecclesia nō est sine capite. Cur ergo uiuō Pontifice Christus non pro capite solus habetur? An ui

uo Pontifice cedit,& mortuo succedit: uelut qdā alternus Pontifex? Si aūt & uiuo Pōtifice caput est: ut qd duo capita in ecclesia statuimus.

In summa hoc est & fuit semper diffugiū hæreticorum: nolunt.n.alium regem: nolūt aliud caput nisi illud quod nō uident: uidelicet. Christū: & quare? quia subesse Christo uelint? Minime. Immo quia nolūt cuiq subesse. Christo.n.aut christū non credunt. Nō curāt igit habere regē & caput: quod esse nō credunt. Et quia aliud uisibile caput, quod loco capitis Christi est, reformidāt: ideo sub cautheriata cōscia, sub uulpina pietate, sub simulato zelo Christi, sub ouium pellibus cōtecta Lupi crudelitate, solum caput Christū se uelle clamitant. Christus uero caput interim ad eos loqtur. Mentimini filii spurii, mentimini filii alieni. Me.n.nō uultis, quia illū quem loco mei præposui uobis recusatis iniqui: cōtēnitis eum, cui ego cœlorum claues dedi, in quo ecclesiā uniuersam fundaui, cui authoritatē ligandi soluendiq tribui, cuius ego sniam in terris pronunciatā ratam me habiturum & in cœlis pmisi: Cur hoc nisi quia & me etiā cōtemnitis? Quid.n.per Ezechielem uos docui cū ita locutus sum? Fili hois hic ppls nō audit te. qa nō audit me. Hoc igitur in summa & ego de uerbo dñi dicā. Pessimi Martini iō nō uultis regē neq caput nisi Christū: qa neq Christum uultis: nec.n.credetis, quousq. Cito & horrende appareat uobis, ut separet a se ueluti infructuosos & mortuos palmites. Sed uideamus tandem Martini cōclusionem.

Cur hæretici solum caput Christum uelint.

¶ Conclusio Martini quasi aurum plures ligans Margaritas digna: plane scitu: ut quæ egregie principio ac medio respondeat.

C Oncludo. Ois sacerdos in articulo mortis & necessitatis est Epus: est Papa: hñs plenissimā plenitudinē pṫatis super confitentē: ut tenet snia cōis totius ecclesię: & ex B. Cypriani eplis euidēter conuincitur. Ergo nec Papa est epis: nec eps est superior pſbyteris iure diuino: tenet consequētia: quia ius diuinū est immutabile: tam in uita q̄ morte.

O cōclusionē memorabilem audiamus. Hæc conclusio: Ois sacerdos in articulo mortis & necessitatis est eps & Papa. qd hinc sequitur? ergo ois sacerdos est æqualis pṫatis cū Papa. Dicamus rursus id clarius. Ois sacerdos in articulo mortis circa solutionē morietis habet eandē quam Papa habet authoritatē. Ergo ois sacerdos simpliciter habet eandē quam Papa authoritatem: ita cōcludit Martinus aut nihil cōcludit quod uelit. O pueri huc ad nos ualet ne cōsequētia ista? Ethiops est albus dentes: ergo est albus. O Martine pueri istā cōsequentiā rident. Ergo & tuā huic simile ridēt. Et dicūt: ut eorum utar loquēdi modo ex Elēchis suis. De secundū qd ad simpliciter nō ualet cōsequētia. Protestor aūt q de cōsequentia sola disputo, & nō antecedēte. Eludūt ergo pueri eiusmodi cōsequētias. Et tu Martine qd ad hoc? quō eā pbares? ita pfecto ut eam pbes (imo ut deterius erres) arguis. Hoc est ius diuinū: q in morte & necessitatis articulo sacerdos tantum possit qtū Papa. Ergo pariter est ius diuinū q tantū possit in uita. Deo gratias: Et hic est qui ridet cōsequentias Thomæ. Et scioli istū uentū doctrinæ sequunt isti tñ noie doctrinæ dignāda est extrema imperitia. Nā ualet ista ēt cōsequentia: Si hæc quā diximus Martini ualeat: In articulo mortis licet accipere Oleū sanctū: ergo & in uita: Et hæc pariter. In uita, id est nō in mortis articulo uerū est, posse hoiem currere: ergo pariter & in mortis articulo: & eiusmodi similia pene infinita. Sed adhuc pbare iterum Martinus audet suā istā cōsequentiā. Sic.n.ait. Ius diuinum est imutabile, ergo qd est de iure diuino in morte est pariter de iure diuino & in uita: alioqn ius diuinū mutaret. O hoiem circūspectū: apud quē ēt ista cōsequētia ualet. Ius diuinū die Sabbati phibuit cessari ab opibus: ergo ne ius diuinū mutet phibuit illud idem quouis die. Alioqn mutabile esset ius diuinū. Quis nō rideat hæc? Quis non agnoscat captionē? q nō ppea dr ius diuinū mutari aut mutabile esse, q uno tpe mādet aliqd seruari & alio tpe nō mādet: imo ēt phibeat. Tūc mutari diceret: si p eo tpe uel loco uel casu quo mādarat: aliqd uiolaret. Nā et si fateamur diuino iure sacerdotē quēlibet in articulo mortis hre eandē quā Papa habet pṫatē sup soluēdo non tñ diuino iure dicimus hoc esse sup soluēdo in uita: sicut diximus de obseruātia Sabbati & aliis pene innumeris: & iō stat sp ius diuinū ubi cōcedim⁹ eē & ubi ē: uidelicet in casu mortis. In casu uero uitæ ius diuinū nūq fuit: & iō nullā mutatio ē iuris diuini: qa in eo casu quo est, pmittim⁹ stare. f. in casu mortis: In eo uero casu quo non est, nec addim⁹, nec mutamus. Addere.n.ius diuinū nō possum⁹, qa Deus nō sumus: Nō ēt mutamus isto casu qa isto casu nō est. Quod aūt nō est mutari non pōt. O, igit inclytissimū uirū & nouū Danielē: Stent ista errata tua pudēda &

Prima consequentia notabilis.

Secunda cōsequentia egregia.

Tertia consequētia admirabilis.

uiuant in contumeliam sempiternam, ut discant homines quid sit uelle ab unitate recedere & Matri Ecclesiæ sanctæ nõ parere. Quid igitur ego tandem concludam.

¶Ego concludo Martine in ueritate Domini IESV ꝙ & tu, & omnes qui te sequuntur peribitis, & delebitur nomen uestrum de terra uiuentium (nisi quod uehementer optãdum est & opto) resipueritis. De quo Deũ oro q est benedictus in sæcula, Amen.

FINIS.

¶Liber Tertius. De Claue scientiæ, Apost. Sedi cõcessæ: & de eius Potestate circa indulgẽtias: ubi agitur de soliditate Decretoꝝ quæ Martinus frigidissima & impiissima uocisseratur: & an, & quãdo Papa possit errare: & de cõparatione Papæ ad Concilium.

dE Papæ priuilegio circa clauem sciẽtiæ Primum tractaturus. De publica Martini conclusione quam cõtra Echium posuit: oportune mihi sumam exordium. Hæc enim conclusio.

¶Ro. Ecclesiã esse oĩbus aliis superiorem/ probaƭ ex frigidissimis Ro. Pontificum decretis: intra. cccc. annos natis &c.

Hinc duo, ex eius sententia colligo. Primũ decreta hunc primatum probantia nata esse intra. cccc. annos. Secundũ eadem esse frigidissima. Sed cõtra primum ego sic arguo. Decreta Anacleti martyris, & Beatiss. Leonis, & alia plurima, nata sunt ante. M. annos: Et hæc ꝓbant eiusmodi primatũ. Ergo tu mẽdax Martine qui asseras nata intra. cccc. annos. Quid respondes? Quid aũt possis, nisi ꝙ ex arrogantia & imperitia mentitus es? quoniã decreta illa non præuideras: & uelox fuisti ad proferendum sermonem: sed quia nihil minus cogitas q̃ fateri stultitiam, ideo pro tanto mendacio excusando, noua maioraq; fabricatus, & ridiculas, uanasq; nugas, ut ita respõderes te miserum coegisti.

¶Illud primum sciendum: ꝙ decreta quibus primatus Ecclesiæ Ro. ꝓbari a me dicitur. Dixi intra. cccc. annos nata: & cõtra hoc esse historias. M. c. annoꝝ. Primo sciebã hæc offensura: & manifeste falsa uideri oĩbus. Certũ est enim esse decretis Pont. ante mille annos certatum ꝓ hoc primatu.

Nimis profecto stultos necesse est eos esse quibus persuadeas: Sciuisse te hæc offensura, & omnibus manifeste uideri falsa: & tamen posuisse: qui nihil aliud q̃ auram popularem & ut placeas turbis aucupatis: cũ presertim posuisses sine tanti mendacii offensione loquens, idem nihilominus disputare, quod sumpseras disputandum. Aut certe tu oĩum puerissimus, q de industria & offendere & mẽdacissimus hñi curaueris. Attñ audiam⁹ qđ seqris.

¶Ego aũt hoc spectaui: quod Ro. Ecclesia nunq̃ fuit: nec est: nec erit unq̃ super oẽs totius orbis ecclesias: licet sup plurimas sit: nec. n. fuit unq̃ super Græciæ/ Aphricę/ Asię ecclesias: nec eoꝝ ẽpos cõfirmauit: sicut modo nr̃os cõfirmat: ut satis ꝓbant historiæ. Deinde sunt sine dubio christiani in Oriẽte: cum Christi regnum sit orbis terrarum iuxta ps. ii. Et tamen episcopi eorum nõ instituuntur/ non confirmantur e Roma: nec est necessarium.

Tu illuc spectasti Martine: & ego huc specto. Posito enim (quod in Blasphemia asseris) ꝙ Ro. Ecclesia nunq̃ fuerit, aut sit, aut futura sit super omnes ecclesias: non uideo quomodo per hoc fiat, ꝙ decreta nata ante mille annos sint nata intra. cccc. Ego inq̃ huc specto, & expecto si possis tu, id quod non potest deus: ut quæ nata fũt ante annos mille, sint nata intra cccc. Hoc enim prorsus faciendum tibi est, quo purges mẽdacium. Sed o frontem nullius pudoris. Quanta iactat fiducia. Ro. Ecclesiam nunquam fuisse super Græciæ, Aphricæ, Asiæ ecclesias? Cõtra Dei uerbũ, contra innumeras sanctoꝝ sententias, cõtra facti ueritatẽ & omnibus historiis cõprehensam, & publica omniũ sæculoꝝ totiusq; orbis cõfessione testatam. Sed furor quo agitur, huc illum præcipitem trahit. Neq;. n. satis ei fuit. Dicere. Romana Ecclesia non fuit nec est, sed insuper addens grãde uerbum, nec erit (inquit) unq̃ super oẽs ecclesias. Verum unde hoc scis Martine, ꝙ nõ erit unq̃? Num ab historiis? Eqdem putaui hactenus, ea tãtum historiis contineri, quæ iam fuerint: nõ etiam quæ futura sint. Sed iam desino Theologiam tuam contemnere, si ibi de futuris, quæ presertim in Dei potestate sunt posita, historiæ inueniuntur? Deus ergo tu es. Ita quippe scriptum est. Dicite nobis futura, & dicam ꝙ Dii estis uos. Sed ad mendacium tuum redeo: nõdum enim factum uideo, ꝙ ista decreta nata ante mille annos, sint nata intra. cccc. Quomodo hoc fa-

Martinus se ꝓphetam facit.

Esa.

cies? Saltem.n.ut contegas, foliis opus est multis. Ecce ergo quia folia multa pro laicis tuis, idest multa uerba quæ illis das, ita maledicens effundis.

¶Deinde ab hoc tempore cœperunt multiplicari leges & iura. Nam Gregorius.ix. Bonifacius.viii. Clemens.v. nisi cõsarcinassent: & alias recisas: alias additas Epistolas: scholis legendas ac docendas tradidissent: sine dubio tot maria glossarum/ & infœlicissimum iuris studium non essent. Delituissent autem tam decreta/q̃ decretales: magno ecclesiæ lucro & Euangelii commodo/intra arcas Ro. Pontificis. Nunc autẽ quæ sit facies ecclesiæ uigore istarum legum satis plus uidemus: nec hoc satis: in dies augescunt eiusmodi libri. Et tamen nihil faciunt/nisi q̃ plures animabus laqueos ponunt: inde dispensationum: confessionalium: indultorum: exemptionũ turpissimę nundinæ. Inde episcopatuum: sacerdotiorum: officiorum: Palliorum: Annatarum rapinę & uenditiones ipudentissimæ. Inde cẽsuræ: minę: fulmina: uis: fraus: dolus: & infinita monstra. Quorum nullum aut saltem rarum esset: si epistolæ eiusmodi: sicut oportuit: intra annales & regestas mansissent repositæ: & Euangelio in publico locum reliquissent. Proinde traditiones Ro. nũq̃ ita sensit mundus: ut in annis istis quadringentis: ideo totum eorũ Pondus & omnem uim Greg.ix. tribuendum existimo: per quem uelut natæ sunt & ortæ. Ab hinc enim usus eorum robur accepit & inualuerũt: ut legibus istis & traditiõibus ita sint omnium officia: statuta ecclesiæ: ordines in unũ Chaos confusa/intra istos quadringentos annos: ut Babilone ipsa confusior sit hodierna ecclesia. ¶Et post multa id genus ita concludis. ¶Itaq; unusquisq; in sensu suo abundet. Mihi decretorum authores sunt Greg.ix. Bonifatius.viii. Clemens.v. Et extrauagantium Pontifices. Quod his agentibus in publicum sparsa/& præcepta sunt/& omnia stabilita.

Attamen ego huc inquam specto: si propter Grego.ix. in quem reiicis omne peccatũ tuũ: & propter curiales mores, aut superfluas leges, confusioneq; Glossarum, & alia quæ narras, factum sit: ut ista dereta nata ante annos. M. sint nata intra.cccc. Id enim aliquibus saltẽ præstigiis tibi faciendum est, inq̃. Verba enim sunt uerba, solum pro laicis qui gaudẽt maledictis. Nã propter eos, qđ poteras breui cõclusione perstringere, ut impleres chartas, ut rem exornares, ut abunde sapẽs eis uidereris, ut deniq; subornares illos ac mendaciũ tuũ traderent obliuioni, uix tandem post lõgam inuectiuã ita concludis. Quod dixi. Decreta nata ante mille annos, esse nata intra.cccc. Sic intellexi: nõ uere nata, sed collecta publicata & in scholis sparsa ac stabilita. O perpetuo insœlix, qui ne fueris mendax mẽdacia addis: ne fueris imperitus, ab imperitia nõ cessas. O q̃ ridiculum & ineptum est hoc diffugium.

Nota.
Quã apte exponit seipm.

¶Primo enim in uiolentia expositionis peccas. Tu enim nata dixisti, nata inquã dixisti, nõ collecta aut publicata. At si modo tibi liceat in tanta uiolentia exponere, nata.i. collecta & publicata aut stabilita, iam quãcunq; positionem quãuis peruersam perfacile substinebis. ¶Secundo nihil Pauli uerba ad rem attinent. Vnusquisq; in suo sensu abũdet. Non enim per hæc licita fit: stulta locutio: neq; potestas datur, mutandi cuilibet propria authoritate uocum significationes ex cõmuni placito institutas. Loquendum est enim (ut ille inquit) ut plures. Alioquin tecum potius loquere, tecum disputa. ¶Tertio falsum supponis, q̃ nisi decreta collecta in corpus sparsaq; sint aut tradita legenda in scholis: careant idcirco sua uirtute, contra notissima iura, & iuribus efficacem ratiõem assignatam: & deinde experiẽtiam manifestam, quasi uero ante Gregorium nulla essent ualida decreta. Frustra ergo se subiicit Canonibus Augu. & cæteri sancti. ¶Quarto mendacium est q̃ ante Gregorium non fuerint collecta & in corpus redacta plurima Pont. decreta. Quod late patet ex Nicolai decreto, qui contra illos arguit, qui decreta solum collecta & in corpore canonũ clausa custodiri debere asserebãt: quod fuit pluribus sæculis ante Greg. Vnde apparet q̃ etiã ante ipm Greg. collecta erãt. ¶Quinto qa supbiã tuã deus punire uoluit (q̃ ingenue primũ mẽdaciũ pfiteri noluisti) factũ est: ut post ridiculã expositionẽ uerborum tuorum, postq̃ Pauli uerbis ad excusandã illã abusus es, Post falsitatẽ in quã inci disti, post mẽdaciũ ẽt illã se-

Quã recte intelligit Paulum.
Quã sit excellens Iurista Theologus.
Quã polleat in historiis.
Quã circunspectus in pferendis mendaciis.

c. si roma. di.19.
d.c. si rom. di.19.

quẽs. Tertiũ ẽt adderes mendaciũ in craſſiore ignorantia: cũ decreta hæc de qbus agimus a Greg. aut poſteriorib⁹ collecta p̃ceptaq; aſſeras: & plus q̃ manifeſtũ ſit, multo ante Gregorium opa Gratiani collecta: & ab Eugenio. iii. q circiter decẽ Pontificibus mediis Gratianum p̃ceſſit, publicata: mandataq; etiã legi in ſcolis fuerint. Vide ergo qd lucratus ſis excuſando excuſationem in peccatis: q ne unũ mẽdacium fatereris, quinquies & magis ſtulte peccaueris. Vnde moneo te ſi denuo ab his defendere te coneris, cum opus ſit nouis mendaciis atq; nugis. Curato tamen, ſi quid honeſti aut pudoris apud te ratio eſt, ne ſint adeo patentia atq; immania. Hactenus enim quoad natales hoꝝ decretorum. Iam igitur de frigiditate eorum diligentius diſſeramus.

ℭ Proteſtatio authoris.

PRo ſacroſancti reuerentia Euangelii, Petriq; Apoſtoloꝝ ſummi Principis honore, eiuſdemq; catholicæ ſedis dignitate, diuino uerbo commendata ac ſtabilita, coram uniuerſa ecclesia proteſtor: ꝙ non ita ſuper eius decretis diſputo, quaſi illa defenſurus, perinde ac non ſua, maneant ab omnibus inferi portis, uirtute ac ſoliditate ſtabilita & inconcuſſa: aut quaſi quicq̃ uir iſte imperitiſſimus aduerſus ea attulerit, aliqd momenti habens: uel qd non potius ſua infirmitate cadat. Sed ob eam gratiam adductus ſum, ut ei⁹ reliquas imperitias atq; blaſphemias, uelut roſtentum reddam orbi uniuerſo cõſpicuas. In nomine IESV ET MARIAE Amen.

ℭ Prima detectio ſtultitiarum blaſphemiarum & uanitatum, quas in Leonem primum Papam ſanctum effundere auſus eſt.

PRimus eſt Leo diſt. xix. c. ita dominus noſter inqt. IESVS Chriſtus humani generis ſaluator inſtituit/ ut ueritas/ quæ antea legis & prophetarũ preconio continebat: per tubam apoſtolicã in ſalutem uniuerſitatis exiret/ ſicut ſcriptum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eoꝝ. Sed huius muneris ſacramenta ita dominus ad omnium apl'orum officium pertinere uoluit: ut in beatiſſimo Petro/ omnium apl'orum ſummo principaliter collocaret: ut ab ipſo/ quaſi a quodam capite/ dona ſuã uelut in corpus omne diffunderet: ut exortem ſe intelligeret diuini myſterii eſſe/ qui a Petri ſoliditate recederet. Hæc ille. — Modeſtia Martini i ſanctũ Leonem:

ℭ Tu uero. ℭ Quis obſecro: non uidet/ ſanctum et eruditum hunc uirum humana paſſum? Nam ſi per ſoliditatem Petri intelligit: fidem qua Petrus Chriſtum confeſſus eſt, Matth. xvi. recte & euangelice dicit. Hæc enim fides eſt a petra: a qua Petrus nomen habet: a qua qui receſſerit: merito exors eſt diuini myſterii.

Merito tu Martine exors es diuini myſterii, q plus q̃ frigidiſſime atq; impiiſſime ſanctũ Pont. humana paſſum audes affirmare. Tu qui pateris diabolica. An nõ agnoſcis iniquitatem tuam? Si. n. recte Leo loquit & euangelice forſan p ſoliditatẽ Petri fidem intelligens an non Diabolus es, qui recte loquentẽ iniuria rep̃hendas? quid. n. ſcis ꝙ ſic ñ ĩtellexerit? quis modus iſte rep̃hendendi abſolute, & p̱bandi conditionaliter? Sic enim & ego Io. Apoſtolum rep̃hendam, cũ ait. in principio uerbum fuiſſe & apud Deum fuiſſe: ſi enim intelligat in principio mundi, & non antea: & apud deum, tanquam res alia ab eo diſtincta, falſe eſſet locutus. Opinor igitur ut aliquem reprehẽdas, non ſatis ita dicere: ſi ſic intelligat falſum eſt: ſed ita, ipſe ſic intelligit & hoc eſt falſum: & deinde p̱bandũ eſt, ꝙ ſit falſum. — Nouũ genus rep̃hendendi Martinianũ.

ℭ Verum ſi per ſoliditatem Petri intelligit iuriſditionem & poteſtatem Petri & Ro. Pontificis: quilibet facile capit: ꝙ uerbo Euangelii abutitur & fallitur. Nonne omnes apoſtoli fuerunt in ſoliditate Petri: & tamen ſub Romana eccleſia non fuerũt? Scũs Stephanus & alii a Paulo p̱ſecutionẽ paſſi: in ſoliditate Petri fuerunt anteq̃ romana eccleſia fieret.

Quotiens dicendum eſt: ꝙ æquiuocatione deciperis? & qd per Petri ſoliditatem intelligamus, quidue per Ro. eccleſiam ſancti dei homines ſenſerint, non capis? Et ſi abunde per decreta perq; ipſa concilia ſit declaratum. Quotiens dicendum eſt non muros, non Ro. ho

Vetus error Martini.

mines spectandos esse? non item membra, sed caput, ad intellectum Ro. ecclię? qd semper idem fuit: scilicet xpi uicarius: siue Petrus siue successor. Et ita Stephanus beatissi. & alii sub Ro. ecclesia fuerunt: quia sub eius capite: licet tunc neq; illa Romana diceret: neq; caput eius, Pont. diceret Romanus. Cape hæc Martine & calumniæ cessabunt ac tuæ stultitiæ & blasphemiæ. Sequeris.

Eadẽ modestia Martini.

Deinde eadem humani affectus labilitate dicit. In apostolo Petro principaliter collocatum munus docendi. Trahens ad singularem Petrum/qd pfert plurali & indiscreto numero dixit, sonus eorũ & uerba eorum.

Calũniatur Martinus.

Nescio uerba hæc magisne impia an stulta sint, & aperte falsa. Nec enim Leo trahit uerba illa. Sonus eoꝝ &c. ad solum Petrum simplr. Tu uerba Leonis trahis ad id qd nolunt: Ipse enim ad oẽs ptinere uult, qd scriptũ est. Sonus eoꝝ. & uerba eoꝝ. hoc tñ exponit, ut ordinem huius muneris docendi intelligeremus, q principalr in Petro est collocatũ. Neq; per hoc minus sonus eoꝝ dr, sicut non minus dr exercitus supasse hostes, q̃q̃ impatori dispositione atq; authoritate uictoria tribuatur. Sequeris.

Mãifeste fĺm.

Sed in hoc manifeste falsum est/q Petrus caput sit totius corporis. a quo dona sua xps in omne caput diffundat: nisi intelligat ptem ecclesiæ/q̃ docẽte Petro erudita est: ut est latina & occidentalis ecclesia.

Petit pricipiũ

¶ Verū si de dignitatis constitutiōe loquitur: non de substantia ecclię: tūc arguo sic. Roma. ecclesia est diuino uerbo aliis superior constituta: ergo necesse erit, ut eodem uerbo cæteræ ecclesiæ sint ei inferiores statutę: quia non potest statui superior: nisi sint quibus superior statui possit. Vbi ergo est quod supra dixit. Inferiores cæterarum ecclesiarum ordines a Romana ecclesia institui: non uerbo diuino, quo uult sola constitui ipsa? Nam quō xp̄s potuit statui dn̄s: nisi simul gentes & termini terræ subiicerenť: & mons zion: cui rex pręficeretur?

Puerile hoc arg. primo peccat quia non concludit quod promittit. Promittit enim cōcludere q̄ necesse est alias ecclesias inferiores esse constitutas diuino uerbo: & solum concludit, q̄ necesse est illas eē, ad hoc ut Romana dicatur ipsis superior. Sed quis hoc neget? At qui inq̄s, tempore quo xp̄s dixit. Tu es Petrus &c. non erant istæ aliæ. Fateor. ergo Pont. non erat superior illis. Fateor. Ergo non fuit constitutus illis superior. Hoc nego. Esse. n. superiorem ponit inferiorem: cui sit superior. At uero esse institutum superiorem non sic, quia potest esse institutus superior pro tempore, quo esset inferior. Institutio igitur superioris, actu inferiorem esse, necessario non requirit. uerbi gr̄a. Pater instituit filium hæredem id est dominum. antequam autem moriatur hic pater plura quæsiuit bona. An filius in his post institutionem quæsitis non succedet? non erit dominus siue hæres? quia cū institutio facta est, talia bona non erant? Sic probat arg. tuum, q̄ non erit. Sed diuina humanaq; iura aliud uolunt. Haud absimile est in ꝓposito, Petrus præfectus est omnibus ecclesiis: & superior constitutus: etiam illis quæ tunc non erant, si quandoq; essent futuræ: immo si quæ nouæ nunc ecclesiæ adderētur (sicut speramus) non minus diuino illo Christi uerbo subiectæ essent Pastori Rom. & consequenter Ro. ecclesiæ. Quod si de scripturis exemplum q̄ras, accipe. Institutus est xp̄s oium iudex a deo: etiam inq̄tum homo. Sicut scriptum est. Dedit ei potestatem iudicium facere: quoniam filius hominis est. Et tamen tunc non omnes erant qui sub eius iudicio sua die apparebunt. Sed ut infœlicius peccęs denuo arguis.

Vbi deceptus Martinus.

¶ Adde his: si quis dicat: si Romana ecclesia diuino uerbo fundatur super omnes: oportet ergo: et eas certas nominari: quæ uerbo diuino subiiciantur. Age: esto ergo hæc sententia diuina: Romana ecclesia est aliis superior: dic ubi scriptum sit eius correlatiuum: ecclesia Mediolanensis: est eius inferior: aut ulla alia? Si nulla nominať, nulla subesse debet: præcepto saltem diuino. Quid hic melius dici potest: q̄ q̄ uerbum xp̄i nec de superioritate nec inferioritate ecclesiarum itelligi possit: sed de sola eadē, inuictaq; fide & potestate oium ecclesiarū æqualiter? Vides ne q̄d sit sacras litteras ꝓ humano affectu: & sine timore dei tractare?

Legite argu. robustissi.

Siquis non legeret aut aduerteret quæ bonus iste uir loq̄tur, nunq̄ crederet tantā: in tanta imperitia arrogantiā. Ego. n. q̄ legi, ꝑpendi, palpaui: uix tamen credo. Et ideo legite: considerate qui profertis iudicium. Ait enim sublimis hic dialecticus, non potuisse constitui superiorem ecclesiā nisi inferiores nominareť seu scriberenť: ita ex uerbis suis patēter colligiť. Ego. n. nihil apposui de meo: sic ille ait. ¶ Esto hæc sn̄ia diuina Ro. ecclia est aliis

Hoc uere ad tæptiet uideť.

ſupior. dic ubi ſcriptũ ſit ei⁹ correlatiuũ,eccl̃ia Mediolanẽſis eſt ei⁹inferior:aut ulla alia? ℂVoluit ſe doctũ de p̃dicamẽtis Ariſt.indicare:qm̃ fortaſſe audiuit ibi doceri ,correlatiua mutuo ſe ponere:& in hoc paululo decept⁹eſt,ꝙ credidit Ariſtotelẽ dicere noiato uno correlatiuoꝝ,neceſſe eſſe & reliquũ noiati:ita ut ſi forſan non noiet̃ ſeruus:ppterea eſſe dñs nõ poſſit:qa ergo nõ fuerũt inferiores ecclæ ſcriptæ q̃ eſſent aut futuræ eſſent ſub Ro. ecclesia:iõ illa ſupior uel conſtitui uel eſſe nõ potuit.

Ridiculus error Martini.

Hæc uero Lutherina dialcctica noua eſt:qua ſequeret̃ Dñm &creatorem deum non eſſe,eorum q̃ aliqñ non ſunt noiata ſub eius dñio:aut cõmemoratum ſpãliter ꝙ ab eo creata ſint;& Abraam minus fuerit conſtitutus p̃r multarum gentiũ,ꝙ noiatim gentes omnes illas ſcriptura non refert.Sed quia pueri uident deceptiõem, & ego ſtomachor ſuper tam friuolis inſiſtere, preſertim ꝙ nunc incipere uidentur:ideo tranſeo. Sequit̃ enim.

ℂSequit̃ :illius certe priuilegio fungitur:cuius authoritate fulcitur. ℂVide quæ corollaria inferat/Verbum Chriſti de fide ad poteſtatis ſignificationem detortum Priuilegium fit Roma.eccleſiæ :in uerbo! quod cõmuniter omnibus eccleſiis conuenit:quia Chriſtus dicit.Super hanc petram ædificabo eccleſiã meã:meã inquit:meã.Si eccl̃ia quęlibet eſt eccl̃ia Chriſti:ipſa certe ædificata eſt ſuper eandem petram:& nullũ eſt ulli priuilegiũ. Si non eſt eccleſia Chriſti:& ſola Rom.eccl̃ia:priuilegiũ non ſtat:quia nulla eſt eccleſia cui Romana ſuperior eſſe poſſit.Iterum dico:p̃nomen meam:aut ſignificat ſolam Romanam eccl̃iam:aut omnem eccleſiã:ſi ſolã:iterum nõ habet priuilegium p̃cæteris.Eligat ergo quod uult:per hoc uerbum xp̃i Rom.eccleſia:aut erit ſola:aut non erit prima.Alia ergo uia probandus iſte primatus:quia illuſionem hanc ſui euangelium Chriſti:ut uides:quã pulchre eludit:& ut p̃uerbium Salomonis habet/illudit illuſores ſuos. Et ſunt tamen multi:qui ex hac miſera palea priuilegiũ Ro.eccleſię paſſim p̃ articulo fidei uel oĩum primo & maximo iactitent:patientiores.Si xp̃m neges:quã ſi hoc priuilegium:uerba xp̃i peruertens :non adores.

Miſera palea.

Igit̃ hoc eius arg.de tã uerboſo ſermone.xp̃s ait ſup petrã ædificabo eccleſiam meam: meam inqt meã.O terribilẽ emphaſim:& quis reſiſtat? An oportuit totiẽs replicare qđ faciat p̃ nobis? Meam inqt.Memoriæ habemus.At tu contra memẽto idem: Meã inqt:nõ meas meam Martine,nõ meas,unã nõ plures.Seq̃re ergo,& null⁹ mutet hãc cœleſtẽ(ut ais)chriſtallum,meã.Aut p̃ illud meam(inquis)intelligis Rom.eccleſiã ſolam aut omnem. Intelligo illam cui xp̃i uicarius præſideat,quæ eſt uniuerſalis in qua cæteræ omnes includunt̃ Ergo inquies Romana non habet plus aliis.Immo quia Ro.eccleſiæ etiam idẽ xp̃i uicarius p̃ſidet:ipſa uirtute ac poteſtate uniuerſalis cenſenda eſt.Quid ergo concludis? O te miſeꝝ iam euanuit arg.tam robuſtum. Tu non uis caput reſpicere,ubi eſt & unde p̃cedit oĩs uirt⁹ Capitis.n.gratia Ro.eccl̃ia prima ẽ , & firma eſt;qa ipſa ſupra petrã eſt.Relĩq̃ ita ſupra petrã,ſi hãc ſequant̃:ita firmæ,ſi ñ recedãt ab ea.Nã utinã plurimæ nõ receſſiſſent:nõ.n.piiſſent,ſicut piere.Quia Petro,Petro,Petro inq̃ dcm̃ ẽ.Oraui p̃ te ne deficiat fides tua.ℂPoſtremo appellas miſerã paleã Nicolaũ aut eius decretũ:qa hoc priuilegiũ uocat:ſed qđ diuũ Thomã,q ſic uocat? Quid Bernardũ,q (qđ maius eſt)ẽt aſſerit p̃rogatiuã:ut ſupiore libro in Dialogo p̃duximus.Sunt ne feſtuculæ forſan Bernardus &Tho.coram te trabe tam grandi? O modeſtiã hominis:Nam ut in peius p̃ficias ita ſubdis.

ℂSequitur iterum corollatium:tali themate dignum. Vnde non eſt dubium:quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuũ detrahit:iniuſtitiã facit. Qui aũt Ro.eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarũ capite traditũ (uide hiatũ iſtum ſtenrorem)auferre conat̃.Hic p̃cul dubio in hæreſim labit̃.ℂEccl̃ia Ro.non habet ius ſed priuilegiũ/quod? quod eſt ſupra petrã fidei ædificata:hoc enim ſolius Roma.eccleſiæ eſt: iſto authore: deinde petram fidei intelligit prælationem hanc primatus terreni:nam hæc duo perpetuo miſcet & confundit hæc palea. Obſecro: quanta patientia eſt iſta

Vide hoiem fatuum.

Vere multa patiẽtia op⁹ ẽ cũ hæreticis: ut ſcĩ doctores inqunt.

tollerare? Primum sicut dixi: si petra fidem signat/eadem est omnium ecclesiarum: nullo reliquo priuilegio: si autem non omnium est eadem: sola erit ecclesia Ro. non habens cui præferat: iam sibi ipsi contradicit in eodē uerbo: uerbumq; xpi adulterat: fidei significationem in potestatis significationem subuertēs: & spūm in carnē: xpm ad mundū trahens. Non est ergo hæreticus/q negat hoc priuilegiū Ro. ecclesię: sed ille deprauator est uerbi dei qui per fidei petram /intelligit priuilegiū potentiæ temporalis.

Reoꝝ est fugere potestatē.

Mitto blasphemias: colligo arg. Si petra fidem signat inqs, eadē est oīum ecclīaꝝ &c. Sed si petra Petrū signat, ut oēs exponūt. i. caput fundamētūq; totius ecclīæ. An nō pariter euanescit arg? Alioq si p petram solam fidem intelligas, non uides miser: q̧ qlibet fidem habēs uel petra uel petram habens diceret? & ita innumeræ essent petræ, super quibus ecclesia ædificaret? & ita una ecclesia, ædificium unum: plura haberet fundamenta: una ecclesia, corpus unum: plura capita. Non hæc monstra sunt? Cur ais insuper subuertere Nicolaū fidei significationem in ptātem? cum uerba potestatem significent, ut nemo doctus dubitauit, nullus interpres non exposuit: de quo supra satis. Tu uero astu hunc fidei zelum ostētas, non q̧ de fide ad te iam quicq̄ pertineat: sed q̧ tanq̄ reus sceleris potestatem fugis. Sic & Iudas non de unguento irascit, q̧ ad eum de pauperibus attineret: sed qa meditabat furtum. Nam & tu furaris q te ipsum surripis a potestate cui teneris. Tu inquā furaris q gloriam quæris quæ non est tua. Sequeris etiam.

¶Quod aūt in fine Ambrosiū adducit: q se matrē ecclīaꝝ asserit seq̄ romanā: utinā & ipe idē faceret cū Ambrosio. Ecclesia Ro. mater est: sed nō omniū ecclīaꝝ: nam & metropolis q̄libet est mater ecclīaꝝ: iuxta patrū statuta deinde Ro. ecclīa nunq̄ uerbis xpi has contumelias fęcit: quas hæc palea facit: sed per Petram fidem intelligit non tyrānidis ambitionē.

Mēdaciū est metropolī dici simplr matrē ecclīam patrū statutis.

O egregium diffugiū ab argumēto. Nicolaus pducit Ambrosiū, q se ait seq̄ in oībus Magistrā. S. Ro. ecclīam: & tu ais. Vtinā & ipse idē faceret cū Ambrosio. Ita ne soluūt argumēta? Siqs igit Hieronymū mihi, aut Aug. opposuerit. Tua authoritate sic me explicabo, utinam tu idē qd Hieronymus faceres & Augustin⁹. Hæc discere licet de Theologia tua. At q̄to cōgruentius aduersus te dici pōt: utinā tu idē faceres cū Ambrosio. Ille. n. seq̄ se ait & se quit Ro ecclīam. Tu nec seq̄ris nec sequēdā dogmatizas. Et tandē dcm̄ Ambrosii uiolenta interptatione & falso exēplo destruis q simplr matrem ecclīaꝝ Ro. ecclīam dicit. & tu apponis de tuo. Nō oīum. Dic tu igit, quaꝝ sit mater, & quaꝝ non. An nō ait Bern̄. in pposito (sicut supra adduximus) nihil excipit ubi nihil distinguitur.

¶Detectio blasphemiarum ac maioꝝ imperitiaꝝ quæ denuo in Anacletum sanctum & martyrem effundit.

Edis nunc rursus ad Anacletum non satiatus prioribus in eū blasphemiis. Su-
r pererat. n. ut illum (q̄q̄ sub notarii noīe) porcū, belluā, impiū, temerariū, insciu, scoenicū, poeticū, barbarissimū, ambitiosissimū appellares: & denuo aliud eius euangelicū decretū. Tu uere inscius & scoenicus & porcin⁹ theolog⁹, porcinis dētib⁹ lacerares, & foetido ore conspurcares. Age uideamus q̄ iniuria. Sic. n. ais.

¶Octauus (ut finem faciamus horum deplorandorum interpretum scripturæ diuinæ) est iterum Anacletus eadem dist. c. sacrosancta: Sic enim ausus est quisqs fuerit iste Barbarissimus notarius: etiā tāto Pōtifici tribuere tantā & inscitiam & temeritatē /quantā uidebimus. Sacroscā Ro. ecclīa (qa aliæ non sanctæ: aut non sacrosanctæ sunt: ēt si eadem fide/uerbo/sacramēto/spū/prorsusq; eadem scitate sanctificent) non ab aplis: sed ab ipso dño & saluatore primatum obtinuit: sicut beato Petro dicit. Tu es Petrus & super hanc petram &c. Si aliquis gentiliū sic exponi uerba xpi audiret: qn̄ Christianus fieret? Igitur & hic primatum intelligit per uerbum, Tu es Petrus: seu super hanc Petram.

Modestia Martini.

Hoc primum igit̃ eius peccatum qd notas: q Ro. ecclesiã sacrosctã̃ appellat. An indigna est hæc appellatio: qua sancti omnes sunt usi: ut passim liceat offendere? Atq; inquis) aliæ non sanctæ sunt? non sacrosanctæ? Nunqd ille negat? At ille de Romana hoc iactat, quasi aliæ nihil sint. Ita tu interp̃taris in æstu furoris tui, & calumniaꝝ strue. Si igit̃ ita puersos sensus aucuparis: quid erit tam sancte dictum, qd non deduxeris in pphanũ? Sanctæ igit̃ omnes ecclesiæ & sunt & dici possunt: sed eo sanctior illis romana: quo ita (ut sæpe dictũ est) firmata est dei uerbo: ut casum ac ruinam pati non possit. Cæteræ potuerunt & põt. An experimentũ q̃rim⁹? Vbi ecclesiæ asianæ pene omnes? Corruere. Quare? Audiat Germania capiat uniuersus orbis. quare corruere? qa se a capite segregarunt: a pastore digressæ sunt: ad æmulationem cum matre sua Ro. ecclesia sũt excitatæ. Sed recolamus q̃ nostris oculis uidim⁹. Vbi sunt q̃ desiderãtur græcoꝝ ecclesiæ? & armenoꝝ? Periere. Quare? eadẽ ꝑrsus satis supq; nota causa. O Boemia: o Germania: o Saxonia quis fascinat uos ne uideatis ista? O Principes qui potestis. Protestor ego p IESVM CHRISTVM uiuũ uerumq; deum: in cui⁹ manu estis: nisi pfidas istas ferasq; pessimas e medio sustuleritis: Irã̄ Dei in uos atq; intolerabilem eius indignationem non effugietis. Quãq̃ meliora tandem spero de prudentia uestra. At facite tñ, nam celerrimo hic remedio opus est: anteq̃ latius euagetur pestis: & hostis Diabolus inualescat. Nolite asinum loquẽtem despicere. Nam & asina Balaã prudenter aliq̃n conquesta est. At tu tãdem Martine intellige aliq̃n (ut bñ agas) Frustra te excitare inuidiã cõtra Petrã. Neq; insultare in lapidẽ durũ q te cõteret. Impie dei uerbũ uiolare, & temere sanctoꝝ oĩum doctrinam puertere: stulte cõtra oĩum bonoꝝ cõsensum niti: & contra oĩum scĩoꝝ testimoniũ ab ipsa prima xp̃i huius sponsæ & charæ suæ institutiõe: uelociter. n. euanescent conatus tui oẽs & gloria tuã in puluerẽ deducet̃: sed uere nimis ultra ꝓcessisti. Prosequor igit̃ quod ceptum est. Sequeris.

Author ad pricipes q põt · *Immo sp eadẽ repetis.* · *Petr⁹ sup quã*

¶ Eligant autem (ut iterum eadem repetam) utrum uoluerint. Petra hoc loco aut significat fidem spiritus: aut primatum exterius: utrũq;. n. simul neq̃it significare: qa Christus dicit: super hanc Petram ædificabo ecclesiã meam. Ergo cuicunq; conuenit dici a Christo / ecclesia mea: ad eandẽ ptinet petra & Petrus super quam ædificat̃: ita nihil ꝑprium Rom. ecclesia habet. Sed omnia sunt cõmunia: qa ubi eadem fides / & eadem quoq; potestas clauium: fidei enim & Petrę datæ sunt claues: ut patet. Si potestatẽ / iam iterũ omnes sunt æquales ecclesiæ: qa cuicũq; dicit̃ a Christo ecclesia mea / simul dicit̃: ædificabo te super petram: id est potestatem: quare quælibet ecclesia hoc uerbo erit omniũ prima: qa habet eãdem petram: qua Ro. ecclesia gloriat̃ esse se primam. Ita quoquo uertas te / semper occurrit / & resistit tibi xp̃s dum ecclesiam suam supra petram ædificat. nec finit ulli particulari ecclesiæ hanc petram appropriari: ideo nec Petrum. Vides ergo q unicum illud pronomen / meam: tanq̃ crystallus cœlestis: omnes has decretales infrigidat: ut ante faciem frigoris eius nulla sustinere possit: dum cõmunem petram: communem potestatem: communes claues: commũnẽ Petrum: & omnia communia facit. Ita iure diuino: quicquid habet Ro. ecclesia: habet quælibet ecclesia quãumlibet parua sit. Quin ad omnes dicit & Paulus. i. Corin. iii. Omnia uestra. siue Paulus: siue Apollo: siue Cœphe: siue mundus omnia uestra uos autem Christi.

Insufficiẽs arg. · *Fatuitas.* · *Blasphemia.*

Idem semper inculcans sic ais. Petra aut significat fidem spũs, aut primatum exterius. Insufficiens arg. est. Petra enim xp̃m xp̃iq; uicarium significat: & p xp̃i uicario ibi accipit̃: qa cõmunicata ptãte, & nomen est cõicatum. hæc inuiolabilis est oĩum doctoꝝ sanctoꝝ expositio, ut supra late est pbatum. ¶ Fatue deinde loqueris q ais. Vbi eadem fides ibi eadẽ clauium potestas: nam in laicis & pueris & fœminis maior plerunq; fides, & tamen nulla potestas quod sæpe dictum est. ¶ Blasphemũ etiã qd ꝑpponis: cuilibet ecclesiæ a xp̃o dictum. Meam: quia uni tãtum: ut uerbi rõ exigit. Dixit enim meam: non meas. Meam Martine dixit xp̃s. Vide tu modo ut hoc uerbum: Meam: tanquã igni tum dei uerbum exurit hanc tuam hæresim: multis damnatam cõciliis: decretis: & sentẽtiis sanctorum omniũ

ꝙ quælibet ecclesia habeat Dei uerbo qdcunq; Romana habet. ¶ Nescio Postremo qd faciant uerba Pauli ad Corinth. dicentis. Omnia uestra siue Paulus siue Cephas, pro hoc ꝙ Ro. ecclesia sit æqualis cæteris. An forsan uis tu etiã subdere Petrũ, ac Paulũ, & simul mundũ, uitã, mortẽ, pñtia, futura, quæ Corinthiorũ esse narrant, ipsis Corinthiis eorũq; ptãti? Sed .I. & melius studeto Paulo, si uis aliquo merito dici Theologus Paulinus. Sequeris.

Falsus intellectus uerbum Apostoli.

¶ Esset sane ridiculum: quod omniũ ecclesiarum idẽ est baptismus: eadem Eucharistia: eadẽ cõfirmatio: idem uerbũ Dei: idẽ sacerdotiũ: eadẽ pœnitentia unctionis: matrimonii: & oĩa sacramenta: eadem fides: spes: charitas: gratia: mors: uita: gloria. Et una hæc temporalis potentia uni tributa esset per uerbum Dei/ quod cõmune est omnibus.

Ridiculum igitur, & hoc est: cum tu sis (ut tibi uideris) ualde sapiens, Theologus, Iurista theologus, Philosophus, Dialecticus, Græcis, Hebraicis, Latinis eruditus: Rhetor facundiss. Poeta clarus. Vir deniq; nihil nesciẽs, ut prælato cuiq̃ subiiciaris: nisi ꝙ fortassis in te eadem fides, spes, charitas, idẽ baptisma, eadem sacramenta, gratia, mors, uita, gloria, non sit. Attamen sollicitior cura & ṗdicatio uerbi Dei: Præparatio ad futurum cõcilium: Cõcitatio ad nouam Theologiam: nouã pœnitentiam: nunq̃ auditam: nunq̃ intellectã, noua omnia: remota omnia: Sancta, abscondita a sæculis, ab omnibus doct. Quid ergo, cum tot gratiæ in te cõcurrerint (quas tu facile nobis passim in tuis scriptis ostentas) quõ tu uni alicui subiiceris prælato? Si bona est hæc sequela tua, ꝙ ubi eadem fides & sacramẽta & alia quæ exaggeras cõueniant ibi esse & iurisditionis atq; potestatis æqualitas debeat: iam indignum est: ut tu cuiq̃ minori te his gratiis, subiiciaris. Immo indignũ, ut tu non oĩbus præstes hoĩbus ptãte & imperio: & quia ita tibi in corde tuo uĩ: ideo hoc opinor agis. Huc tendit cõcilium, & omne quod moliris. Fac igitur citius quod facis. Sequeris.

Hæc ad te pertinent Martine.

¶ Quare ubicũq; prædicaẽ uerbũ Dei & creditur: ibi est uera fides: Petra ista immobilis. Vbi aũt fides: ibi ecclesia: ibi spõsa Christi. Vbi spõsa Christi: ibi omnia quæ sunt sponsi: ita fides omnia secum habet quæ ad fidem sequuntur: claues/ sacramenta/ potestatem/ & omnia alia.

In quo uis ergo terrarum loco, ubi prædicatur Dei uerbum & creditur est spõsa Christi & Petra immobilis. Sic.n.ais. Quõ igitur in tota pene Asia & Aphrica, ubi prædicatũ est Dei uerbum & creditum est aliqñ, non tamẽ fuit immobilis ista Petra? immo ṗualuerũt in eam manifeste portæ inferi? Mitto ꝙ innumeras Christi sponsas isto prophanissimo intellectu facis: cum una tantum sit, & unam uelit. O scissor crudelissime unitatis, O maledicta fera Bestia, & qui te sequuntur. Sequeris.

¶ Quæro etiã si soli sunt Petro claues: & non uniuersali ecclesiæ. Cur non uocanẽ claues Petri? Cur nõ uocantur claues Ecclesiæ Romanæ? Cur ipsemet Põtifex in suis litteris & uocat eas claues Sanctæ Matris Ecclesiæ? Aut enim hæc uox cõis totius ecclesiæ iniuriam facit Ro. Ecclesiæ in suo priuilegio sibi soli attrahenti claues: aut Romana ecclesiã schisma quærit: dicẽs. Ego sum Cephæ: & toti ecclesiæ rapit rem: quã ipsamet cõfitetur cõem. Patet ergo testimonio omnium publico: non Petro/ sed ecclesiæ esse claues traditas: non Romanæ/ sed uniuersali & cuilibet.

Ego aũt inuicem abste quæro. Cur Christi claues non dicunẽ? Cũ tamẽ nullius magis sint q̃ Christi? ¶ Deinde quæro, An cum dicuntur ecclesiæ nõ dicuntur maxime Petri? cũ ipse sit caput? Sed tu qui statuisti oculos declinare in terram: caput nõ respicis, sed tantũ Pedes, ex quibus cõfici ecclesiam stulte putas. ¶ Vltimo rñdeo, ꝙ si Petri dicerentur, nõ esset error: sed ṗpter uerbi æquiuocationem nõ sic dicuntur: ne illam solam Petri intelligam personam quæ desiit claues habere. Ro. aũt Ecclesia neq; schisma quærit nec põt quærere. Quæ.n. a capite summo recedit, illa quærit & facit schisma. Porro ipsa Ro. ecclesia tale ẽ caput, aut tale gerit caput: nihil aũt a seipso recedere põt: ergo nec schisma q̃rere. ¶ Abuteris postremo Apostoli authorisate cum dici prohibet. Ego sum Cephæ, ego sum Pauli. Ibi enim reprehenduntur non qui cepham honorabant, sed qui scindẽtes unitatem caput a membris & membra ipsa inter se discerpebant quod.

Abutiẽ uerbo Apostoli.

¶ Præter hæc uide/ quã recte per Petram intelligant ptãtem. Nam cũ pote-

ſtas eſſe nō poſſit: niſi eccleſia ſit prior fundata: quæ accipiat ptātem: quo ec cleſia ſuper poteſtatem: ideſt prius ædificatur ſuper poſterius. deniq; ptātē nō per Petram/ ſed per claues Chriſtus intelligit. Quas eccleſię ſuper Petrā (ideſt fidem) prius ædificatę tradit: ut clare textus ordo probat. Vides ergo quam ambitio excæcat oculos mentis: ut clauiū poteſtate nō contenta: etiā ex Petra fidei (quæ eſt eccleſiæ ſubſtantia) poteſtatem faciat.

Nobilis expoſitio Martini uerbo℞ Euangelii.

Videtu Martine ſi hæc ratio argumēti tui inſolubiliter te aſtringant, qui per Petrā ſimpliciter fidem intelligis. Vis igitur ꝙ eccleſia ſuper fidem ædificetur, & non ſuper aliam fidē q̄ eccleſiæ. Prius igitur erit fides q̄ ædificanda eccleſia, & tñ poſterius neceſſe eſt eſſe fidē, ipſa eccleſia, in qua ſit & cui adueniat: cū accidētia ſubiectis poſteriora eſſe notū ſit. Prior igitur & poſterior erit fides, eccleſia: & ecōtra prior & poſterior eccleſia ſua fide: & ut magis te urgeam exponatur littera iuxta nobilem hanc & nunq̄ excidendam interpretatiōem tuam. Tu es Petrus. i. eccleſia. Ecce iam ædificata eccleſia in miraculo Martiniano ſine fundamento: Et ſuper hanc Petrā. i. fidem tuā: nunc ꝓdit fundamentū ædificio nato, Aedificabo eccleſiā meam. Hic illa eccleſia iam ædificata, eſt ædificāda illa: ædificata ſine fundamento, eſt fundamentum ſuiipſius ædificandæ. Prius tñ ædificium ac deinde fundamentum. O qui Martinū ſeqmini, Sequamini ſi mō hæc intelligere poteſtis, ut ſaltē ſcire poſſitis qd ſequamini. At tu nos falſo calūniaris dicens, Nos per Petrā ptātē intelligere, cū itelligamus illū, in quo ptās eſt, ſuper quo ueluti fundamēto ſtat eccleſia, neq; prius dicim⁹ eſſe ptātē ipſa ecclīa, neq; eccleſiā ſup ptātē eē ædificatā. Hæc tu cōfingis, qa deeſt qd īpugnes.

ℭ Quod aūt hic Anacletus Ro. ſedem primam uocat: & Alexandrinam ſecundam: & Antiochenam tertiam: ſeipſum iterum redarguit: non ſolum qa iſte ordo iamdiu mutatus eſt: ue℞ etiam quod ſequit̄ hinc: aut Alexandrinā eſſe iure diuino ſecūdā: & Antiochenā tertiam: aut nec Ro. primā: qa eodē iure oportet eſſe primā quo ſecundā & tertiā. At maniſeſte eſt/ qd ſecundā & tertiā ſuo iure ordinat Roma. ergo & ſeipſam primā ſuo iure ordinat.

Falſum fundamentum.

Nota ꝑ intellectu corū q inculcat Martinus.

Fac prius te Anacletū intelligere ut redarguere poſſis. Aut ſaltem proba quod ſumis pro fundamento in illum: uidelicet eodem iure oportere eſſe ſecundam & tertiam quo prima eſt. Ro. igitur ſedes ideo (ut milies diximus, quia tu plus milies idem inculcas) Diuino iure prima, quia ibi Eps diuino iure primus. Cū ergo diuino iure nullus eps ſit ſecūdus aut tertius: ideo nulla eccleſia diuino iure ſecunda aut tertia. Hinc fit, ut ſi Ro. Pont. Alexandriæ ſedē poneret: & ipſe prim⁹ maneret, & Alexādrinā faceret primā. Quod ſi Alexādrinus. Antiochen⁹ fieret: iā fieret de ſcdo epo tertius, qa ille honor iuxta decretū Anacleti locōdatus eſt a Ro. Pont. poſitiuo iure: & nō pſonæ pſidēti. Atq; iō recte & cordate Anaclet⁹. Cū de Ro. Eccleſiæ Primatu loquitur, cœleſti beneficio p̄dicat cōſtitutum: cū uero de honore aliarum tractat, Pro cauſa Ro. Pontificis authoritatem aſſignat. Sequeris.

ℭ Errat etiam in hiſtoria: qd ignatium ſcribit conſtitutum a Petro Epiſcopos Antiochię ſibi ſucceſſorē: cum in eccleſiaſtica hiſtoria pateat Euodium Petro/ & Euodio Ignatium ſucceſſiſſe: ideo nō eſt credibile: huius canonis authorem eſſe Anacletum.

Falſari⁹ Martinus.

Primo dic nobis Martine, unde probas errorem Anacleti in hiſtoria? Ex hiſtoria inqs Eccleſiaſtica. Quid ſi Anacleto malim credere, ꝙ ipſe de ſuis tpibus loquat̄: unde uerosimile eſt, multo melius q̄ Euſebius ea nouiſſe? ℭ Secūdo qd eſt quod ait hic Anacletus errās? Inquis, quia dicit Ignatium cōſtitutum a Petro ſucceſſorem. Sed cur tam euidēter mēdax es? Cur addis de tuo hoc uerbum. Succeſſorē. Diabole calumniator? Id ſolum ibi dicit̄, ꝙ Petr⁹ cōſtituit Ignatiū ibi epm. Neq; p hoc ait Anacletus, ꝙ ante Euodiū. Tacet aut idcirco Euodiū: ut illā eccleſiā, Ex Martyris pſona glorioſiſſimi & amātiſſimi IESV CHRISTI. In cuius corde inuentū eſt aureū illud nomē IESV inſcriptum: magis honoraret & cauſam diceret ſui honoris. ℭ Tertio dicat Anacletus id totum quod cōfingis: ut relinquaris tam ineptus & infœlix mendacio℞ fabricator: ut etiam conficta nihil tibi ſeruiant. Nō enim p ſucceſſorem ſemper intelligimus qui nullo interpoſito medio ſuccedat. Peculiare hoc eſt Pontificū, ut quēlibet priorē prædeceſſorē appellent, & uulgo & dr̄ Papa qlibet Petri ſucceſſor. Ex qbus cōſtat ꝙ nō Anacletus in hiſtoria, ſed tu in arrogantia & ſtultitia peccaſti, & nodū quæſiuiſti in ſcirpo ubi nō erat. Sed peiora ſuccedunt.

ℭIam audi iterum ſecurum affirmatorem: ideſt temerarium: Inter beatos Apoſtolos: inquit: quædam fuit diſcretio poteſtatis: & licet oẽs eſſent Apoſtoli/Petro tamen cõceſſum eſt a domino: & ipſi inter ſe uoluerũt idipſum: ut reliquis Apoſtolis omnibus præeſſet. Obſecro quæ fuit iſta diſcretio poteſtatis? nunquid Petrus ordinauit Apoſtolos? nunquid miſit eos? ubi legiſti belua: quod a domino cõceſſum eſt Petro habere diſcretam poteſtatem ab aliis? quando hoc ipſi uoluerunt?

Temerariũ.

Belua.

Securũ affirmatorẽ beatũ Anacletum ait. Et quia nimis modeſtum hoc uerbũ uiſum eſt, ne quid leue intelligeremus. Securum. i. temerarium clare expoſuit: ſed quia & hoc parũ erat, Inſuper Belluam addit. Et ne quãlibet belluã (forte pecudẽ aut aſinum) caperemus. Paulo poſt declarans, Porcum ait. licet ſub notarii noĩe blaſphemiã moderetur. Sed quare Porcus Anacletus? Certe qa Petrum cæteris Apoſtolis maiorem aſſerit. Ergo quia hoc aſſerit Dionyſius, Ignatius, Aug. Hiero. Greg. Chriſoſt. Ambr. Bernerdus, Cirillus, Theophilus, Origenes, Thomas, & deniq; ſancti omnes, Synodi omnes, omnis ſchola, omnis religio Chriſtiana, totus deniq; orbis a ſæculis idipſum concinit, atq; intonat: hi oẽs Porci. Et ſolus Martinus cũ Magiſtris ſuis hæreticis uerus ac nitidus Theologus a quibus ſequentẽ diſtinctionem didicit, quam nobis mandat ſignandam his uerbis.

Modeſtiæ plurimæ martini.

ℭQuin hic ſigna. Duplex eſt Primatus: honoris & poteſtatis. Quod Petrus primus fuit in ordine: nemo negat. Nam & inter Cardinales/Epiſcopos/Sacerdotes/Doctores/Principes: etiam ſi nullus alteri ſubiectus eſt: tñ neceſſe eſt in conuentu aliquem primo loco ſedere: cum tñ nihil habeat præcipere illis. Ita Petrũ fatemur Principẽ Apoſtoloꝝ: primũ eccleſiæ mẽbrum: capue collegii Apoſtolici: & alia quæ de eo ſancti Patres dixerunt. Ita uidemus & Ro. Põtifices ſemp fuiſſe honoratos: ut ſucceſſores Petri & prio loco habitos: & in hoc recte & laudabiliter actũ eſt. Et agit: agẽdumq; eſt ſine q̃rela.

De bõa gratia Martini.

Interim ſigna tu. Primo ꝙ cõtradicis tibi, Qui hic ſentis ꝙ doctores qui Petrum primum dicunt, non intelligunt de Primatu iuriſditionis ac poteſtatis: cuius contrarium te profiteri ſupiore lib. Diſputatõe. xyi. adnotauimus. ℭSecũdo ſigna, ꝙ talem tuũ primatũ nullis ſcripturis nulla rõne probas. Nam neq; illa uerba. Tu es Petrus, neq; illa. Paſce oues meas, Pertinent ad Petrum: ſed ad eccleſiam ſicut doces, & aliud interim nihil affers. ℭTertio ſigna: ꝙ doctores, ut Chriſoſt. exponũt. Paſce oues meas. i. præſis fratribus tuis, & ita unanimiter omnes alii. ℭQuarto ſigna: ꝙ caput (quo noĩe Petrus uocatur) Eſt uox nõ honoris ſolum: ſed etiam poteſtatis reſpectu mẽbroꝝ: & ita Paſtor reſpectu ouium. ℭQuinto ſigna: ꝙ talis honor Petri modo tuo acceptus fuiſſet perſonalis, & cũ Petri perſona finiſſet: & tñ cõcedis ad ſucceſſorẽ tranſiuiſſe. ℭSexto ſigna: ꝙ nõ ſatis fuit tibi quaſi nouo Democrito cõſtituiſſe eccleſiã nobis de Athomis, niſi ẽt hunc primatũ de paleis conſtruxiſſes, ut qđ Petra eſt in Paleã mutes: ſed in hoc te deceptũ experieris, qa Portæ inferi in Paleã pualere põt, in Petrã nõ põt. ℭSequunt nõnulla pro laicis tuis q̃ eadẽ facilitate (ſicut licuiſſet de toto hoc opere tuo) contemnuntur qua pbantur. Attamen in Apoſtillis erit reſponſio.

Martinus contra Martinũ.

Hæc oĩa ad te ptinẽt Martine. Nota & cõfundere.

ℭAlter aũt primatus poteſtatis: nunq̃ fuit Petro datus: quia quilibet Apoſtoloꝝ ſine authoritate Petri prædicauit Euangelium: ẽpos & præſbyteros ordinauit in locis ſuis: oẽs a ſolo Chriſto ſunt æqualiter miſſi: & immediate. Hunc primatũ iſti honeſtiſſimi Canones ambiunt: & uerbis Dei abutũtur in tyrannidem ſtabiliendam: nolunt enim ullum epiſcopum in toto mũdo fieri: niſi pallium & authoritatẽ Ro. Pontificis habeat: & ubi Petrus ſeſe non extulit ſuper Apoſtolos: ibi unius Apoſtoli ſucceſſor longe minor ſuo prædeceſſore (ſicut ẽps Apoſtolo) non contentus honoris primatu: oĩum apoſtoloꝝ ſucceſſoribus uult dominari in poteſtate & uiolẽtia. Hanc rationem inuictam oppono omnibus: qui Ro. Pontifici adulantur ſuper totius mundi dominio: & expecto cũ fiducia quid nam cõtra poſſint mouere: aut

Vbi pbas hæc

Modeſtia Martini.

O præclara uerba.

Quã rõnẽ? ſi ulla rõ colligitur de uerbis, uiceris.

Temerarios Adulatores.

Vere fum⁹ terrenus te excæcat.

Quas scripturas repugnātes

gannire. Qua simul fretus tanq̄ certissima: & oibus notissima usitate: cum fiducia proclamo: quod decreta quæcunq; aliter statuunt: nō modo frigidissima sunt: sed etiam contraria diuinæ scripturæ: Euangelio & actibus/epistolis apostolo℞: in qbus tam crebre tam aperte/apostolo℞ æqualis & in mundo diuersa cōmissa ꝓuincia describitur: ut ego nō possim satis admirari esse potuisse unq̄ tam temerarios adulatores: qui contra hæc fulmina scripturæ fumum suum terrenum leuare audent. Hoc successori Petri episcopo arrogantes: quod nec Apostolo Petro prædecessori/unq̄ permissum est. Nec tamen mirarer: si id solum arrogarent: nec hoc equrerer: sed quod huic arrogantiæ repugnantes scripturas maluerint corrumpere: q̄ repugnātibus temporalem hunc potestatis primatum cedere.

¶ Sequuntur & alia quæ uehementiore stomacho & ueneno in Ro. Curiam falsa proculdubio motus iustitia, immo magis inuidia effundis quæ tanq̄ ad mores potius pertinētia, de quibus loqui non attinet, omitto. Sequeris.

¶ Sequitur. Et Cephas: idest caput & principium teneret apostolatus. Vel hic locus ostendit: magis affectu ptātis: q̄ ueritatis studio hunc primatum quæsitum. Quomodo.n. tot falsis argumentis uterentur: si semel & solidam haberent causam? multis autem eget mēdacium/ut uerum appareat. Itaq; tam inscius est iste scenicus & Poeticus Anacletus: ut Cepham caput interpretetur contra euidentissimum & apostolicum testimonium Ioannis Apostoli: qui dicit Ioan. ii. Intuitus eū Iesus dixit. Tu es Simon filius Ioanna. Tu uocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus. Pudet me quod sup hoc errore crassiss. tantum negocium struitur: in quo simul indiligentes se fuisse euāgelii lectores: ideo nō mirū/quod & falsos intellectores: ostendūt. Melius Leo supra: Petram soliditatem intelligens/uocabulum Cephę bene nouit. At hic nec Euangelium nec Canones recte intelligit. Est autem Cephe teste Hieronymo. Syrum uocabulum: significans soliditatem: quam Græcus Petrum uel Petram id est saxum uel rupē firmam transtulit. At noster hic nugator Cephalen græce: pro cepha Syriace accæpit: & tamen inter sacros canones uel primus habetur.

Inscius. Scœnicus. Poeticus. Anacletus.

Nugator.

Discunt hodie plæriq; score scioli uarias linguas, quo abundius maledicant: non quo melius intelligant: Syrum inquis uocabulum cephas est: quid tum? Petra interpretatur. Esto. Errauit ergo (inquis) Anacletus, qui est interpretatus Caput. O uere leuissimū caput. Sed audi si potes. Duplex est interpretatio, presertim in scripturis frequens. Alia uocis, alia rei iam notæ per uocem. Verbi gratia, in proposito, Cephas Petrā significat: hæc interpretatio uocis, ad quam ueluti notam non respexit hic Anacletus. Sed quia hoc ipso noto facile dubitare aliquis posset, quid nam importaret hæc Petra. Et cur isto noīe Petrus a Dn̄o dictus esset. Ad quod recte & Euangelice Anacletus respondens (id quod ab ipso magistro accæpit) Cephas. i. caput & principium exposuit. Dixerat.n. Magister de se lapide & Petra. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Ecce q̄ se lapidem caput factum appellat. Nō igitur Græcæ uocis figura deceptus Anacletus, cephas caput dixit: quod uel ex eo plus q̄ manifeste apparet q̄ nō solum dixit caput, sed etiam principiū & manifestum est græcam uocem κεφαλὴ nō principium significare, sed tantum caput, unde clarius luce constat, rem ipsam potius exponere uoluisse, q̄ syram uocem latinæ uoci reddere. Verum quid si tibi hoc darem Martine, q̄ Anacletus figuram uocis inspiciens ad græcam allusisset interpretationem rei maxime cōuenientem? cum Hiero. dicat in lib. de obitu Sancto℞. Petrus in xp̄o ecclesiæ fundamentū Cephas corporis Christi Princeps & caput est. Quid si & hoc licitum uel tua authoritate cōtenderem? An erubesces? An tu potius eris inscius Scenicus Poeticus nugator? Nempe in egregiis cōmentariis tuis ad Gal. uerba hæc tua sunt. ¶ Nō iniocundæ sunt eiusmodi allusiones peregrinarum linguarū si

Hier.

uerba Martini.

suo loco ueniat, ut si de Roma diceres. Vere Roma tu es. Hebraice quod est superba: & excelsa &c. ¶ Ecce quia Roma, latinam uocem a Romulo factam, secũdum Hebream exponis: nec iniucundam hanc allusionem dicis: & ideo neq; scenicam neq; poeticam. Credo qa in ore tuo perpetuo maledicere nec scenicum nec Poeticum, sed Sanctum est. Vere aũt & Euãgelice loqui, etiam Martyri gloriosiss. Anacleto, scenicum, Poeticum, nugatoriũ. Parcat tibi Deus. Et tu saltem aliquando nosce te. Sequeris. Hæc oĩa ad te pertinẽt Martine.

¶ Sequitur Pulchra similitudo.

T nõ solũ in nouo testamẽto est cõstitutum: sed ẽt in ueteri fuit: sicut scriptum est. Moses & Aaron in sacerdotibus eius: idest primi iter eos fuerũt. ¶ Quid audio? quã nõ frustra hos Canones lego quã egregie disco scripturas itelligere. Primum/qui unum solum summũ sacerdotem in ueteri lege noui: nunc didici duos fuisse primos. Secũdo etiam grammaticam nouam uide: in sacerdotibus eius idem est/quod primi inter eos fuerũt: cũ hucusq; hoc uersu Psalmi intellexerim nihil aliud dici/q̃ Mosen & Aaron sacerdotes: uel de numero sacerdotum fuisse: sicut Samuel inter inuocantes nomen eius: nihil de primitate uel cogitans. Nota grãmaticam. Vel cogitans.

Primo qs dubitet Mosen & Aaron primos fuisse ac super oẽs sacerdotes? An non Aaron sũmus? An Moses eo minor? Obsecro ẽt hoc in dubiũ pone. Et oẽm scripturã nega. Deide quis nõ fatetur unum fuisse in ueteri lege Sacerdotem primũ? Sed quis etiam neget initio legis, fuisse duos, uidelicet Mosen & Aaron? qui tñ munia unius implebãt in mysterio ac sacramẽto, Ambo unũ præfigurantes Christũ. ¶ Deniq; quid mirum si hunc primatũ ex illo Psalmo nõ agnoscis? cum ita odio sit iam tibi hic primatus ut ad illum mouere oculos nõ possis. Et potius ita frigide exponere illa uerba uelis, ut nihil aliud de sensu tuo accipiamus, q̃ q; Moses & Aaron fuerunt de numero Sacerdotum. O rem grandem & mirã dixisset nobis ꝓpheta. Quanto efficacius atq; illustrius. Si ita ex Anacleti sñia intellexeris o hõ qui gloriaris in scripturis. Priore uersu: Hortatus est ꝓpheta ad exaltandum & adorandũ dominũ dicẽs. Exaltate Dñm Deũ nostrum, & adorate scabellũ pedũ eius (.i. Christi humanitatem) quoniã sanctum est, nunc ad hoc iuuandum subdit. Moses & Aaron in sacerdotibus eius. Accipe quod item subditur. Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos: quasi dicat: hunc dominum & hoc scabellum .s. Christum & eius humanitatem inuocabãt adorãtes, Moses, & Aaron: idq; ueluti primi ac summi inter sacerdotes. nam sicut ex historia diuina liquet, ad eos talis inuocatio pertinebat qui populum regebant: unde bene sequit̃ q; ad eos dominus (quia .s. tales erãt, illi uidelicet populo præfecti) de columna nubis loquebatur. An satis ergo agnoscis q̃ sis parum peritus in scripturis. Cõfer miser cõfer intellectũ Anacleti cum tuo, & confundere. Sequeris. Pro intellectu ps.

¶ Tertium documentum/quod summus sacerdos ueteris legis fuerit figura Ro. Pontificis. Apostolus enim ad Hebræos me mirum in modum decepit: cum uniuersis ecclesiæ doctoribus docẽs: non Ro. Pont. sed Christum solum fuisse per summum & unum Pontificem significatum. Vt hoc omittam: q; illis oĩa in figura contigisse scimus: & in nouo testamento figurã ille denuo reuocat: ut sit similis figura utriusq; testamenti: nihil iam utrunq; ab utroq; differẽs. Vror ego/diuinas litteras ab his Porcis tam impudẽter conculcari: presertim sub noĩe Ro. Pontificis & Ro. Ecclesiæ. Porcis.

Superbia tua te decepit. Nõ Paulus. ¶ Primo. n. cur confingis Anacletum figuram ueteris ac noui testamenti de Mose & Aaron produxisse Diabole calũniator? Dei gratia stant eius uerba. Hæc sunt. ¶ Et nõ solum hoc in nouo testamento est cõstitutum: sed etiã in ueteri fuit. Vnde scriptum est. Moses & Aaron in sacerdotibus eius. ¶ An de his uerbis aliud extorquere potes, q̃ q; sicut in ueteri testamẽto erat Sacerdos primus ante oẽs, ita & in nouo? Quid ergo addis de figura de tuo? nisi ut nunq̃ cesses Diabolus esse? ¶ Secundo non satis fuit fingere, Anacletum dixisse, q; Petrus fuit figuratus in ueteri testamento, nisi (quod ridiculum est) apposuisses eundem figuratum & in nouo ex Anacleti sñia. ¶ Tertio: Esto dixerit Anacletus Petrum figuratum in ueteri testamẽto in Mose & Aaron. Quid hic rides? Nota lector calumniam. Nota rursus scripturarum inscitiam.

¶ Tam Papa q̃ conciliũ poteſt errare: ut habes Panor. Egregie hæc tractantem lib. i. de conſti. c. ſignificaſti. ¶ Et paulo poſt. ¶ Alioqui ſi quicquid facit eccleſia uirtualis ideſt Papa/factum eccleſiæ dicitur: Obſecro quãta monſtra in eccleſia pro benefactis numerabimus? Nõne Iulii. ii. horrẽdas Chriſtiani ſanguinis effuſiones? Nõne Bonifatii. viii. tyrannides. De quo extat prouerbium: Intrauit ut uulpes: Regnauit ut Leo: Mortuus eſt ut canis. ¶ Et in hoc ipſo opere quod ſupra omiſimus ſecũda rõne ſic ait. ¶ Secũda Gala. ii. Antiochiæ Petrus a Paulo reprehendebatur: in quo patet Ro. Põtificem ſubeſſe cuilibet melius ſentiẽti: nec ideo uerum eſſe: aut bonum: qa ipſe ſic dicit aut facit: ſed rationem reddere tenetur: immo nõ ſemper poteſt reddere: ſed cum Petro aliquando errat.

Præludere igitur ſuper his iam oportet aliquãtiſper. ¶ Primo. An, obſecro, Decreuiſti tu Martine data opera euocare oẽs quicunq; unq̃ peſſime ſenſerunt de eccleſia? Num forſan ad ſequendum hũc Panormitanũ, Pileus ille te allicit, quem in cõcilio ſuo Baſilienſi propter ſermonem ſchiſmatis obtinuit? Sed ſi hoc allicit, ſaltem illud te retrahat q̧ eundem Pileum iniuria acquiſitũ, iure perdidit. ¶ Secũdo, an nõ inter ſcolaſticos & illuſorios eſt Panor. tuo iudicio? Sed opinor ille abſte excipitur ab illuſoriis, quia egregie tecũ ſentiens hæc tractauit. Bene habet iam ſeparare illuſorios didicimus, uidelicet Bonnuent. & Thomam & Alexan. de Halis, ab egregiis uidelicet Ioãnem Huſſ. Panormitano & ſimilibus. ¶ Tertio nõne inter Iuriſtas & Canoniſtas eſt Panor? quos tu oĩa cũ ſuis canonibus reiicis & deteſtaris quaſi Euãgelium ꝑdiderint? Rurſus Panor. excipiendus eſt: hic ſolus ſcripturam nõ ignorauit q̃ Grego. Leo Anacletus & alii pleriq; ſancti Pont. cũ cæteris oĩb' ſanctis perdiderũt. ¶ Quarto nõne q̃ hæc ad Theologos pertinet magis q̃ ad Canoniſtas? Sic. n. tu fateris: Sed habeo te. Quicũq; tecũ ſentiãt, hi cõfeſtim in magnos Theologos euadũt & oĩa fiunt, quæcũq; oportet eſſe ad aliquid idonee ꝓbãdum. ¶ Quinto cũ certum ſit & tu nõ neſcis, Panormitanũ hũc in pleriſq; abſte diſſentire: quõ illum pro idoneo recipis? Credo cautelã hic tibi, ſumere a cauſidicis oporteat, in ꝓpriis eoꝝ uerbis. Si & inquãtum Panor. aut quiuis alius ſiue Gloſſula male intellecta, ſiue Taulerus, aut quicũq; innoĩatus & ſecretus author, faueat opinionibus meis, pro parte & partibus ꝓ me facientibus: Laudo, recipio, & ꝓ idoneis approbo & egregie tractantibus. Pro parte uero & partibus, Si & inq̃tũ cõtra mea dogmata Dixerint, Scripſerint, Cogitauerint, Sõniauerint: Reiicio, Reprobo, Dãno, Deteſtor, Sũt Scolaſtici, Illuſores, Paleæ, Adulatores, Nugatores, Inſcii, Impii, Ambitioſi, Scœnici, Poetici, Belluæ, Canes, Porci: Saluo in hoc mihi iure ſi qui hoꝝ Pontificum noĩe cenſeantur, negãdi eos Pontifices fuiſſe, & authoritate mea uertere eos in Notarios ſuos, ne uidear nimis Dire blaſphemare: Iterum ſaluo mihi iure etiã in Sanctos Põt. Puta in Sanctũ Leonem, arguendi illos: & illum ſpãliter de ambitione primatus, quaſi leuiculum ſit peccatum ambitio talis, & quæ in ſanctos uiros perſacile cadat. ¶ Sexto, Vnũ addam. Nã ſi uel hoc in loco quem tu ꝓfers, plura dicat Panor. cõtra te, Quid hic dices? An hic etiã ſcindendus eſt? ut ea demũ tractet egregie quæ ꝓ te ſint? Quæ uero contra: nõ egregie? Age donẽtur cuncta hæc iniquitati tuæ. Et tandem uideamus ubi hæc tractet Panor. Inquis in titu. de cõſti. c. ſignificaſti. Sed ſicut tale. c. in eo. titu. inuenitur. Ita egregie ille tractat. Attamẽ in tanta cura ac ſollicitudine futuri cõcilii minime mirũ, q̧ ꝓ tit. de elect. citaueris. de cõſti. Sed iam ſup his egregiis Panor. dictis diſſeramus.

Nota oĩa hæc ad te & iniquitatem tuã pertinent Martine.

¶ Confutatio Plurium concluſionum ex doctrina Panor. collectarum:

Ex eius uerbis in. vii. not. Plura colliguntur. ¶ Primo in his q̃ iuris poſitiui ſunt. Papa eſt totius eccleſiæ caput & totius cõcilii habens ꝑtãtem tollendi interpretãdi limitãdi quæuis cõcilioꝝ ſtatuta. Quid tu modo Martine, an egregie tractat hæc Panor? cum tu toto opere tuo nil aliud agas, niſi q̧ oĩno nõ pateris Papam totius caput eccleſiæ? Opinor nõ egregie adhuc. ¶ Secundo ait, Papam eſſe totius eccleſiæ caput (ut dictum eſt) Probari per bonos tex. in. c. ita dñs. & c. in nouo. & aliis quos tu a Porcis & impiis cõditos ꝓclamas. Ergo nihil hactenus egregiũ attulit hic Panor. ¶ Tertio ait, in his quæ ad fidem attinẽt, Papã nõ eſt caput, licet Chriſti Vicarius ſit. Hic incipiet egregie tractare. ¶ Quarto, in his, tam Papa q̃ cõcilium errare põt. Et hic egregie. ¶ Quinto, in his, conci-

Panor. contra Martinũ.

Panor. contra Martinum.

lium est supra Papã hic plusq̃ egregie. ℭ Sexto, Si Papa in his melius cõcilio sentiat, stan
dum esset Papæ, imo cuicũq; melius sentiẽti. Hic aũt magis atq; magis egregie.
ℭ Attamẽ nõ sine examine dimittãtur. Si possumus ostẽdere hæc tam egregie tractata nõ
solum cõtra Euãgelicam pugnare ueritatem, sed etiã se inuicẽ destruere. ℭ Primo. Papa
inquit in his quæ fidei sunt nõ est caput, sed Vicarius Christi. Parcat illi Deus. Si.n. Chri-
sti uicem ac locum in his teneat nõ aliud est negare ipsum esse caput, q̃ negare Christũ ca-
put, cuius locũ sit: qđ latius patet. ℭ Secũdo, si in his quæ iuris positiui sunt, est caput uer-
bo Dei, ut asserit. Quãto magis in his quæ sunt fidei? nisi forsan dicat q̃ Dñs IESVS (sm
hominẽ loquor) tam parũ ꝓuidus fuit, ut in his quæ principaliter uenerit statuere.s. fidẽ,
nullum caput cõstituerit. In his uero quæ potius uenerat destruere per legẽ charitatis: ui-
delicet iura positiua: reliquerit caput. Per fidẽ.n. iustificamur, iustis aũt posita lex nõ est: Paul.
ut ait Apostolus. ℭ Tertio, si hæc rõ sit q̃ Papa in his quæ sunt fidei nõ est caput, quia põt ad ro.
errare: pari modo nec erit in his quæ sunt iuris positiui, cum possit errare ut nemo negat.
ℭ Quarto, nisi Panor. sñia ualeat super Euãgelium & oium Sanctoꝝ doctrinã, clarum est
q̃ peruerse loquitur: quia Papa potius & principalius cõstitutus est caput in his quæ sunt
fidei q̃ quæ ad ius positiuũ pertineãt, qm̃ cum sit fundamentum ecclesiæ, ecclesia non stat
neq; uiuit in his quæ de iure positiuo sunt: sed in his quæ fidei sunt. Vt scriptum est. Iust⁹ Ioel.
ex fide uiuit. Nec minus absurdum q̃ ridiculum illa uerba. Pasce oues meas, ad ius positi
uum traducere. ℭ Quinto illa quæ adducit decreta: ut ꝓbet, in his quæ sunt iuris positiui
ꝓculdubio loquũtur in his quæ sunt fidei. Leo.n. Beatiss. in. d. c. ita dñs. de fidei ueritate.
& catholica doctrina loquens. Fundatam illam principaliter in Petro, & ex eo tanq̃ capite
diffusam in oẽm ecclesiã ꝑdicat. Et ita tam egregie tractat hæc Panor. ut quæ pro se affert.
Manifeste cõtra illum pugnent. ℭ Sexto, Errare cõcilium posse in his quæ fidei sunt cõce-
dit, & simul plenitudinem ptãtis habere. Hæc opinor inuicem se destruunt. Si.n. plenitu-
do sit ptãtis, quodcũq; circa fidẽ statueret seruare teneremur: & ita seruare ea teneremur
tanq̃ ueritatem fidei in q̃bus posset eẽ error. qđ est Blasphemia intolerabilis. Vnde tanto
Vere Martin⁹ fidem uertit i utrum. — etiã stultius loquitur Martinus. qui uult, Cõcilium posse errare, & tñ articulũ fidei statue
re. Quid est hoc? an nõ est uere fidẽ uertere in utrũ? ℭ Septimo ait, si Papa melius sentiat
q̃ cõcilium standum est dicto Papæ, & ecõtra. Quõ ergo cõciliũ est supra Papam? imo su
pra quẽlibet? cum dicat etiã, standum esse cuilibet melius sentienti. ℭ Octauo. Finge Pa-
pam argui circa fidem a cõcilio, & tñ melius sentire, standũ est inquit Papæ. Sed quis iudi
cabit? Nõ cõcilium, quia errat: non Papa, quia in cã ꝓpria nullius iudex. Quo igitur recur
rẽdum? Quid expectandũ? q̃ diu pendere litem uolumus? Quid agant christiani? quas
sequantur partes? An nõ uidetis Magistri insipientes quãtas turbas, quantam fidei incerti-
tudinem in religiõe christiana, quãtas scissuras introducitis? ℭ Nono, si Papa in uestro cõ-
cilio nõ est caput, quis igitur erit caput? Si ibi Christum dicatis caput. impiũ est asserere,
Posse tale cõciliũ errare, ubi caput sit Christus. Si negetis ibi caput esse, Anathema sit uẽm
istud cõcilium sine capite. nã cuius uirtutis esse membra põt quæ caput nõ uiuificet? Nun-
quid ne iurisditio aut influxus a manibus aut pedibus aut quouis alio mẽbrorum ueniet?
Quare errauerit Panor. tam enormiter in supradictis. — ℭ Decimo. Quid aũt si litigent ista membra inter se? quis authoritate cõpescet? quod eo-
rum præualeat? an ita sunt oĩa relinquẽda in incerto: ut lites perpetuo foueantur? Hoc ni-
mirum quærunt schismatici & hæretici, Volui hæc in Panor. Pauca opponere: ut noscat q
iudex & arbitrator æquus esse uelit, q̃ etiã eruditissimi uiri cum dimittunt legem matris
suæ, necessario in manifestos errores dilabuntur.

ℭ Breuis disputatio. Ex sententia sanctorum Doct. circa Potestatem Papæ & Concilii,
& quomodo inuicem comparentur.

Omponantur hæc igitur iuxta solidã Sanctoꝝ omnium & bene sentientiũ doctri-
C nam. Duplex est genus q̃onis in ꝓposito. Primũ cum cõtra Papã directe agitur. Se
Cũ Papa est hæreticus. — cundum cum quoduis aliud quodcunq;, finiendum tractãdumq; emergit. ℭ Pri-
mus casus in tres diuiditur. ℭ Primus, cũ de hæresis crimine agitur. Hic.n. nemo dubitat
(etiã ipso repugnante) Cõcilium cõtra illum cogi posse. Siue quia desiit esse Papa, ut ple-
Cũ schisma est. — risq; placet, siue q̃ satis est nõ iam esse fidelem. ℭ Secundus, cũ schismate superueniẽte dũ
bium est utrum sit Papa. Et hic pariter, quia nõ certum de capite, merito suspẽditur eius
Cum Papa ẽ pessimus. — ptãs, & eius declaratio ad cõcilium pertinet. Cũ uero de quouis alio eius delicto quærit,
plurimi Canonistarum a Theologis Sanctarumq; interpretibus scripturarũ dissentiũt. Il
li.n. asserunt quotiens crimine aut criminib⁹ manifestis & scãdalosis ecclesiã cõturbaret, pa
riter ac si hæresis crimine teneretur, habere supra se cõciliũ: a quo iudicari ac deponi pos
sit. At

sit. At uero bene instituti theologi ac diuinis instructi scripturis cõtra sapiunt: nullũq; pe-
nitus contra Papã crimen admittunt, quo subdi debeat cõcilio, aut possit. Enimuero mihi
(ut uer፤ fatear) dum in sæculo agerem, neq; a Sanctis Doct. accepta fundamenta huius do-
ctrinæ ac radices attingerem, prior opinio æquitatẽ præse ferre uisa est existimanti rẽ du-
ram cum totius reipub. Christianæ scandalo ac detrimento ferẽdum esse quẽuis hoiem.

Authoris mutata opinio.

At cum per Dei gratiã in ꝓfundiore Sancto፤ oium intellectu, Diuinæ Prouidẽtiæ admi-
rabilem ordinẽ atq; inuiolãdum recognoscerem: quod prius æquũ uidebatur, iniquũ ꝓ-
culdubio apparuit, imo etiã hæreticum: q̃q̃ nõ ꝓpterea hæreticos illos cẽseam, qui ita (si
modo nõ cũ pertinacia) sentiũt. De quo alias ꝓprio ac latiore tractatu si Deo placeat. Inte-
rim cõcludo. Aduersus Papã nulla in terris ptãs, solus Deus super illũ, qualicunq; præter
hæresim, & quãtocũq; crimine teneatur. ❡ Secũdus est casus cũ nõ aduersus Papã sit quæ-
stio, sed alioquin de Christiano statu agitur circa diffinitionẽ eo፤, quæ uel credenda sint
uel facienda Christiano homini. Et hic, Aut querimus de scia ipsa, aut de claue sciæ. Si de
scientia. Nemo tam plane stultus negauerit. Multos & fuisse & esse posse supra Papã in os-
scientiæ genere. Et Papã sæpe & ꝓculdubio nescire errare & decipi. Et ideo inualidũ est
qđ adducit a Martino sicut ab oib⁹ hæreticis & schismaticis de Petro, quẽ rephẽdit Pau-
lus. Late.n. cõcedo Papã errare posse: etiã quoad fidẽ. Itẽ posse & debere audacter, isto ca-
su ꝓsertim, reprehẽdi: atq; ei etiã resisti in faciẽ, fraterna tñ monitiõe & correctiõe, qua oẽs
æquales sumus: ut Hier. ibi notat. Non aũt (sicut Martinus peruerse ait) etiã correctiõe iu-
risditionis & authoritatis. Qui istã (ut supra uidimus) prophanissimã & falsissimã cõse-
quentiã de sua Theologia producit, sentit aliquis melius Papa: ergo Papa ei subest. Quis
nõ rideat, risu tam digna? hic locus ubi labunt hæretici ac schismatici pueriliter, scientiæ
clauem cum scientia ipsa confundentes. Et ideo si quæratur de claue scientiæ, idest autho-
ritate diffiniendi & statuendi. Audacter pronuncio. Papæ hoc priuilegium & prærogati-
uã solius esse.

Quõ cõcedit Papam errare etiã quoad fidem.

Quõ possit rephendi seu corrigi.

Nota cõsequẽtiam Martini.

Vbi hæretici labuntur.

Quod si de concilio quæratur, cum aliud concilium uerum sit ac legitimũ,
aliud falsum reprobum & diabolicum, si quis dubitet utrum hoc tale postremum uel su-
pra Papam sit uel supra muscam, diabolus est. Hic igitur respiciendum est, ut sciamus no-
uisse quod nam sit tale uerũ. In quo duo sunt obseruanda, uidelicet materia & forma, quo-
ue፤ concilium uelut corpus unum totam representans ecclesiam perficitur. Materia ergo
est caput primo, deinde membra. Et ob istam causam. Ego audacter ex omnium sentẽtia
doctorum. Pronuncio, concilium illud ubi non præsideat Papa esse concilium uanitatis,
de quo scriptum est. Non sedi cum concilio uanitatis. Et merito, quia uana membra sunt
sine capite. Deest materia potior, ex qua concilium struitur. Forma autem concilii est uir-
tus Spũs. S. quæ tunc adest cum concilium æqua & sancta statuere uult, & ueritatem quæ-
rit, & oportunis mediis quærit. Et ideo denuo pronuncio, ꝙ etiam si Materia concilii non
desit, quia caput & membra simul sunt, si tamen nõ Dei ueritatem quærant, sed magis ini-
qua & quæ sua sunt, ad Põpam humanam & ꝓsidentiã conseruãdam: quia isto casu deest
forma. i. Spũs. S. uirtus. Assero periculo meo, nõ esse eiusmodi Sanctũ uerumq; conciliũ.
Sed illud in quo deest uirtus & influxus diuinus. De quo pariter ait dñs Deus. Et cũ ini-
qua gerentibus non introibo. Ex his ergo facile liquet Cõciliũ illud uerum sanctũq; esse,
in quo nec materia deficit, quæ est caput cũ mẽbris. Nec ẽt forma, quæ est Spũs. S. uirt⁹, q̃
tunc oino adest, cũ finis rei gerendæ est ueritas Dei, quæ quærit mediis oportunis.

Quod concilium uer፤, qđ falsum.

Materia concilii.

Forma cõcilii

Vnde si
q̃ratur utrum tale cõcilium sit supra Papã. Duplex hic est inspectio. Prima cũ sumit cõci-
lium ꝓ ipsis mẽbris, ut cõtra Papã distingunt: & tũc facile rñdetur, ad eũ modũ quo si q̃-
reret, utrũ mẽbra sint supra caput, qđ est ridiculũ. A capite.n. & in capite uirtus ẽ, & oĩs in-
flux⁹ in mẽbra: & iõ Papa est supra totũ reliquũ cõcilii corp⁹. Si uero cõsideret cõciliũ in-
tegrũ, ita ut ipsum ẽt caput cõphendat. Tũc q̃rere, an tale cõciliũ sit supra Papã, nõ est nisi
q̃rere utrũ caput cum mẽbris sit supra seipsum caput, sine mẽbris. i. absq; mẽbro፤ intelle-
ctu: qđ pari modo est ridiculũ, eadẽ rõne, qa in solo capite est iperiũ nõ in mẽbris, qđ nõ
a mẽbris accipit, sed a deo. Recte ergo hic dr. Neq; Papã supra tale cõcilium esse, neq; tale
cõciliũ supra Papã: ne cogamur dicere Papã supra seipsum Papã esse.

Ve፤ conciliũ utrũ sit supra Papam.

Hinc duæ emergũt
cõclusiones. Prima, in his, in q̃bus ex priuilegio Dei errare Papa nõ põt, & sunt incõmuta-
bilis ueritatis, nulla est authoritas uel Papæ supra cõciliũ, uel cõcilii supra Papã. Scđa, in
q̃b⁹ errare põt, tã Papa q̃ tale cõciliũ & mutationẽ recipiũt ex tp፤ uarietat, sua iuicẽ statu-
ta tollere interptari, ac limitare ꝓ arbitrio pñt. Nõ qa Papa sit supra seipm uel tale cõciliũ:
.l. ne- sed qa a tali cõcilio, sicut neq; a seipo, ligari nõ potuit: cũ nemo sibi legẽ dicat a q̃ nõ liceat
mo. recedere, ut ex nãli rõe ac iuris. Regla notũ ẽ. Hoc ergo supẽ ut q̃ram⁹, nũ qđ sit casus i quo
.ff. de Papa ab ifallibili dirigat ueritate. Ad qđ in scia Scto፤ cõfisus, audacter rursus ꝓnũcio. Fa-
le. iii. cile Euãgeliũ sciẽtib⁹ liq̃re posse. In his q̃ ad fidẽ ptineãt uitæq; xpianæ directionẽ & deci-
sionẽ, Papã uti uolentẽ sciæ claue, & priuilegio sibi dato uerbo Dei, q̃rentẽ uti oportet ue-

Quæ cõciliorũ statuta tollere possit Papa quæ non.

Quõ dicitur Papam errare non posse.

ritatem quãtum per humanã liceat fragilitatem, proculdubio dirigi a Spiritu S. ita ut in his errare quouis mõ nõ possit. ¶ Ad qđ primo ex uerbo Christi moueor. Oraui ꝓ te ut nõ deficiat fides tua. Quæ uerba assuetis in scripturis irrefragabiliter hoc ꝓbant.

¶ Secũdo (q̃ nõ minus est) satis absonũ atq; absurdũ esset, Tẽpore abundãtioris gratiæ in sacerdotio Christi deficere supremũ iudiciũ infallibile, quod in sacerdotio legis ueteris nõ deficiebat: ut habetur. 17. Deuter. his uerbis. ¶ Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ esse ꝓspexeris inter sanguinẽ & sanguinẽ, cãm & cãm, leprã, & non lepram, & iudiciũ intra portas tuas uideris uerba uariari. Surge & ascende ad locũ quẽ elegerit dñs Deus tuus, ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, qreresq; ab eis, q indicabunt tibi ueritatem. Nota ergo uerbũ magnum. Indicabunt tibi ueritatem dicit Dominus. Quis igitur ausit respõdere ad hoc?

¶ Tertio qs nõ uideat q̃ oia cõciliorũ statuta, oẽs canonicæ scripturæ, oĩa ꝑtinẽtia ad fidei ueritatẽ, oẽs uiuẽdi regulæ sm Christũ: semp ab hoc iudicio supremo Papæ iudicatæ & ꝓbatæ sunt. Vt etiã Beatiss. Frãcisci regula sine dubio ex ore Dei inspirata ac mãdata, tñ eiusdem authoritati subdita etiã quantũ ad approbationẽ fuerit, ex ipsius mirabili ꝓuidentia Dei, imo & primũ eiusdẽ gloriosissimæ Regulæ mãdatum, est obedientia cuiuscũq; summi Pastoris Christi Vicarii & Petri successoris Canonice electi.

Regula Beati Francisci.

¶ Quarto hoc appet liqdissimo nolẽtibus oculos claudere, q̃ nũq̃ ab ecclesia inuẽtus hactenus in eiusmodi aliqs error, sicut & Martinus ipse fatet, cũ inde tot emanauerint decreta, tot emerserint q̃nes, & nihilominus tot mali atq; pessimi ꝓfuerint Pastores. Quod q putet sine Dei spũ successisse, iam ipse nõ solũ sine spũ, uerũ et sine mẽte merito est cẽsendus.

Cõsidera hoc & agnosce spiritum Dei.

¶ Quinto qs cõpos mentis nõ ualde imperfectũ in ecclesia censeat? si tot cõtinue emergẽtibus de fide controuersiis, tot hæreticis assiduæ pullulantibus, non dicamus de certo & infallibili iudicio a dño ꝓuisum, cui inniti oporteat tãq̃ certissimæ ueritati? Alioq si cũ errore esse possit, an nõ fide in incertũ, imo in ludibriũ uerterem? Quis hoc nõ intelligat?

¶ Sexto qd rogo aliud clamant Sctõrũ sum aptæ perspicuæq; snĩæ? quas profiteor si diligenter obseruare & ꝓducere uoluissem, iustũ ꝓculdubio ex eis uolumen cõplicassem.

¶ Ex prædictis satis patere põt, q̃ sit stultum asserere, q̃ a Papa appellari ad cõcilium possit quouis casu: cũ appellatio requirat maius tribunal. Per modũ tñ querelæ, sicut (quod ex humanis constat legibus) ab imperatore ad ipsum met, ita ab ipso Papa ad ipsum met supplicari põt, siue extra cõcilium siue in cõcilio. Qui uero alia hoc uia tẽtare præsumpserit, illũ & ordinatiõi Dei resistere, & schisma querere, clara & cõfidẽti uoce ꝓnũcio, reddi turus rõnem artissimã intolerabilis temeritatis suæ. Hactenus igitur satis esse uolo quoad hoc pertinet q̃nis. Nunc de Papæ prærogatiua circa indulgentias disputãdum est.

¶ De Papæ ꝑtãte ex snĩa Sctõrũ, & totius ecclesiæ circa indulgentias.

CVm certo sciã nõnullos iõ de Papæ circa indulgentias ꝑtãte uel dubitare uel male sentire, qa fundamẽta earũ ueritatis ignorant: qb⁹ intellectis ꝓculdubio, nisi ꝓterui re uel int. agnoscerẽt admirabilẽ in his erga nos bonitatẽ & sapientiam Dei: & amplius, q̃ oia quæ prudentes huius sæculi in eas argumentãtur nõ solum a uiris Sãctis sunt inspecta, uerum etiam facile dissoluta ut indigna merito iam censeri debeant, ut ulterius faciant quæstiõem, ideo positiones Doc. ad clarũ intellectũ harum indulgentiarũ afferã earumq; iuxta ꝓbationem, eorumq; resolutionẽ, quæ ab aduersario producunt.

Prĩa positio. ¶ Peccator mortaliter peccãs duo agit. Primũ / a summo bono & æterno se auertit. Secundũ / conuertit se ad infimum & corruptibile.

Secunda. ¶ Deus digne respicit hęc. Pro eo. n. q̃ peccator se auertit ab illo. Ipẽ quoq; se a peccatore auertit / gratiam suam auferens / & consequenter gloriam in uisione uultus sui. Pro eo uero q̃ peccator ad bonũ se creatum cõuertit spreto illo æterno cum eius iniuria & peruersiõe ordinis ab eo positi: Deus iustus certa iustitiæ suæ regula pro modo & grauitate criminis statuens uindictam pœnas talis contumeliæ ab eo exigit.

Cũ hæ duæ positiões satis per se pateãt: neq; ullus (q̃ aĩaduerterim) unq̃ cõtradixerit: qm primã ipsa experiẽtia ꝓbat. Secũdã Dei iustitia cõmendat, alioqn & purgatorii & inferni pœnæ tollerent, iõ solo hoc Prophetæ testimonio qescã, q utrũq; malũ his uerbis a se deꝓcabat. Ne auertas faciẽ tuã a me. Ecce primũ, amissio grãæ & amicitiæ Dei. Et ne declines in ira a seruo tuo. Ecce secũdum. Vindicta & pœna ꝓ delicto, atq; iniuria in Deũ.

Tertia. ¶ Deus in hoc tantũ tpe qđ habemus / de propria misericordia: si peccator

ſe a peccato auertat & ad ipſum Deū cōuertat. Statuit ei gratiā reſtituere qđ media fit cōtritione ac pœnitentia. Hæc clara eſt.

Quarta.

¶ Etiā gratia per contritionē recuperata diuina iuſtitia pœnam ꝑpterea nō remittit: quouſq; ſatiſfactum fuerit uel in uita uel poſt mortem: iuxta modū delicti in Dei notitia præfiniti.

Poſitiões iniquæ Martini.

Hāc poſitionē ab uniuerſa eccleſia ſemp ꝓbatā, ex oīum ſnīa Doct. un⁹ nup Martin⁹ audet conturbare. Et prio ponit, ꝙ De⁹ oēm pœnā dimittit ſimul cū charitatē ac gr̄am reſtituit. Deīn purgatoriū poſt mortē nō tā ad puniēdū q̄ ad charitatē ꝑficiēdā ponit. Veꝝ qa hæc maxie ad librū attinēt ſequentē: iō ſic agā ut ibi iprobē q̄ cōtra affert. Hic breuiter ſcripturis rōib⁹ & authoritate oium Scōꝝ Patrū id cōfirmē, qđ poſitū eſt. Prio igit̄ illas ipſas ſcripturas affero q̄s ille cōtra ſtatuit. Sic.n. in ope ad Leonē ipſe loqt̄. ¶ Ezechielis. 18. Si cōuerſus fuerit ipi⁹ ab ipietate ſua & fecerit iudiciū & iuſtitiā uita uiuet & nō morietur. Ecce nil niſi iudiciū & iuſtitiā ipōit, q̄ tota uita faciēda ſūt, iuxta illud. Btī q faciūt iudiciū & iuſtitiā in oī tpe. Itē Mich. vi. Indicabo tibi o hō qđ ſit bonum. Vtiq; facere iudiciū, & diligere miſericordiam, & ambulare ſollicitum cū Deo tuo. ¶ Sed audi o hō q uere neſcis qđ ſit facere iudiciū & iuſtitiā: neq; te Paulus docuit, ꝙ iudiciū cuiuſq;, nō ſolū eſt erga alios faciēdū, ueꝝ ēt cōtra ſe ipm: cū ille dicat. Si nos ipſos diiudicarem⁹ nō utiq; iudicaremur. Quid ē igit̄ ſe ipm iudicare, niſi ſe arbitrari plagis ac pœna dignū pp pctm̄? qđ eſt facere iudiciū, niſi iſtud exeq qđ iudicauit? & ſibi pœnā ſtatuere ut iſto iudicio & eius executiōe, dñi effugiat̄ iudiciū? ob hoc Ezech. nō ſatis hn̄s ab ipio ꝙ ſe cōuertat ab iniqtate ad Deū: hoc ampli⁹ exigit, ut iudiciū faciat ac iuſtitiā: qđ nō ſolū in alios, iuxta Pauli ſnīam ē accipiēdū: uerū ēt i primis cōtra ſeipm. Vide ergo q̄ egregi⁹ ſis diſputator, & q̄ elegās ſcripturaꝝ inſpector, ut frequētius illas afferas, q̄ tuas cōfundūt hæreſes & blaſphemias. ¶ Scdo ad qđ q̄ſo pœna manet Dauid regē, ēt poſt ualidiſſimā cordis cōtritionem? & in filio punit̄? niſi (ut oēs Doct. & noiatim Greg. aſſerit) qa ſatiſfacere oportuit pctō ultra cōtritionē & charitatē iā adeptā. ¶ Tertio ad qđ ſcriptū ē. Redime elemoſinis pctā tua, ſi cōtritio ēt pœnā ſufferret? & cōſequēter oia redēpta eēnt i ea, pctā? ¶ Quarto an nō Dei iuſtitia iſtā iniqtatem cōfundit? Si.n. ſola cōtritio & charitas oēm pœnā auferret, ſeqret̄ ꝙ pari cōtritiōe pl⁹ cōſeqrent̄ q multo magis peccauerūt, q̄ q multo minus: qđ eſt ſolū in noua tua recipiēdū theologia Lutherina, ut nihil amplius a magno peccatore exigat Deus q̄ a puo. ¶ Quinto hæc eſt ſnīa oium tā antiquoꝝ q̄ nouoꝝ Sctoꝝ Patrū & totius eccleſiæ, cōtra quā ſi unus ualeat Martinus, p̄ſertim ſcripturas ꝓferēs cōtra ſe. Ego fateor nihil cauſæ eſt, cur nō uniuerſam Bibliā cōburamus, & Sanctoꝝ iuxta poſitas interpretationes.

Margin notes: uerba Mart. — Iudicare & facere iudiciū. — Paul. .i. ad Cori. xi. — 4. Da nielis.

Quinta.

¶ Eccleſia pœnas iſtas atq; ſatiſfactiōes: cū ſit loco Dei in terris: quaſi cōpo nēs cū delinquēte: ſuo iponit arbitrio: uel in orōne uel ieiunio uel elemoſina. Hæc probatur ipſo facto.

Sexta.

¶ Quaten⁹ ſatiſfactio talis uel a ſacerdote ipoſita uel ſpōte ſuſcepta: cū pœna cōcurrit / quā diuina exigit iuſtitia: eaten⁹ illā tollit uel minuit. Quaten⁹ uero ab ea excedit̄: eatenus remanet ſatiſfaciēdū. Quatenus uero excedit: eatenus reponitur in theſauro cōi: de quo mox dicemus.

Hæc poſitio ſua euidēti eqtate ſeipſā ꝓbat. Tn̄ ex ſupuacuo pria ei⁹ ps ꝓbat̄. dī Naū. i. nō iudicabit De⁹ bis in idipm. Scda ps & tertia ꝓbat̄. Scriptum eſt de quouis mīmo uel uerbo ocioſo rōnē reddendā, & ita pariter. Nullū bonū inremuneratū. De qrta mox tractabit̄.

Septima.

¶ Et ſi gratiā iuſtificātem uel ſolutionē a culpa nemo alteri poſſit ꝓmereri qm̄ ꝓpriā cuiuſq; delinquētis cōtritionē exigit. Tn̄ nullus negat alteꝝ ꝓ altero ſiue uiuo ſiue mortuo pœnas dare & ſatiſfacere poſſe.

Hæc idubitata eſt ueritas. Alioquin oīa tolleremus ſuffragia quæ & ꝓ defunctis fiunt & ꝓ uiuis: & negaremus Chriſti unū corpus & plura mēbra inuicem ſe iuuantia.

Octaua.

¶ Opa eiuſmodi ſatiſfactoria: q̄ in primis & longe ſup oēs Dn̄s nr̄ IESVS CHRISTVS ipēdit. Et poſt cū glioſiſſima Regina nr̄a MARIA. Deinde q̄ aſſidue ab eccleſia fiunt: aut q̄ ſinglr̄ a quouis exſoluunt̄ / uel nō pro ſe aut ꝓ certis / uel ſupra mēſurā debiti: ut fecerūt ſcti Dei: Reponunt̄ tāq̄ i cōi menſa ac theſauro in Dei notitia: ut de eo ſatiſfiat atq; exſoluatur ꝓ aliis.

Ista positio: postposita multorum authoritate doct. uidelicet Diui Thomæ, Bonauenturæ, Alberti, Antonii Archiepi, Petri de Palu. Durādi Fran. de Mayronis cū aliis quos iste Scholasticos appellat: pbatur euidentissime p decretalē Clementis extrauag. unigenitus. cū similibus aliorum Pōtificum. Ad hāc aūt Martinus in actis corā legato habitis. Primū ita eludens atq; ridens. Rñdet. ℭ Occurrebat. n. & mouebat primo q; nuda essent uerba Pont. Et aduersus cōtentiosum uel hæreticū inualidū psidiū. ℭ Quid rogo aliud qrimus testimonium q; Martinus hæreticus est & cōtentiosus, cū ipse manifeste his uerbis cōfiteat? Fatemur. n. Martine, fatemur inualidū psidium esse authoritatē, uel ecclesiæ uel scripturæ, & ipsius Christi, cōtra hæreticum & cōtētiosum: cōtra quē agi debeat igne potius. An nō igitur oēs frustra laboramus, q putamus moueri hoiem scripturis? aut ullis ecclesiæ authoritatibus? q sumat sibi hæretici partes & cōtentiosi? & fateri hoc tātis uerbis tam manifestis nō pudeat? Addit. ℭ Deinde siqs diceret turpe esse Principē sine lege loq. Et iuxta Zach. Non uerba hois sed legē Dei reqrendā ex ore sacerdotis. ℭ At si qs tibi diceret Martine: q tu primū ac maxime huius reus es uitii, uel in hoc ipso qd ais, turpe esse Principē sine lege loqui. Quid tu q̄so referres? Scio rideres ac risu solueres argumētum: nā ubi reperisti. Turpe esse Principē loqui sine lege? cum maxime talis de quo loqmur Princeps, ipsa sit lex uiua in terris: ut uel pueri sciunt. Itē siqs diceret, q instar sacrilegii est disputare de lege & facto principis. Tu sup Principes oēs, & sup oēm legē, rideres. Item siqs diceret lōge turpius esse ppetuo loq cōtra legē, Dico cōtra legē Christi, sicut tu assidue facis, & nos late pbauimus: adhuc rideres & illuderes. Itē siqs diceret q illa decretalis (ut patet) ita plena est diuinæ scripturæ uerbis, qbus seipsam statuit atq; cōmendat. Credo & tūc rideres. Itē siqs diceret, q tu ipse hoc fateris sequētibus uerbis (cū dicas q uerba scripturæ torquet: ex quo arbitror præsupponi sine scriptura nō esse locutā, etsi illā torqueret) etiam tunc rideres. At memineris scriptū. Væ uobis qui ridetis q̄m flebitis. Sequētia aūt tua uerba hæc sunt, ubi oīs disputatiōis neruus cōsistit. ℭ Itē q uerba scripturæ torquet, & in alienū sensum abutit. Nā q̄ de grā iustificante dicta sunt ad indulgētias trahit. ℭ Ex his uerbis manifeste colligit q Dñs noster IESVS CHRISTVS sua passiōe ac meritis nō aliud nobis q̄ iustificantē gratiā q̄siuit, ita ut si poena exsoluenda sit p peccato, etiā iustificante grā reddita, q̄m ut supra pbauimus poena nihilominus manet, nulli unq̄ pfuerit sanguis ille xpi & passio illa in cōspectu Dei sine ptio ptiosa: & cū qdlibet mēbrū alteri mēbro isto mō pfit & pfuerit solus Christus nulli pfuit, nisi quia iustificauit p grām. at p poena nihil fouit. Sed qd de gloriosissima eius Matre blasphemabis p quā grā nō est, sed solū p IESVM CHRISTVM? Nihil ergo illa suis Sctis suæ passiōis meritis, & innumeris pene satisfactoriis opibus ecclesiæ, pfuit: q nūq̄ ullo mō peccauit. O hoiem plenū blasphemiis ad sūmū. Itē sanguis Io. Bap. & Aploꝝ ac oīum Martyrū & pphetaꝝ iuges atq; assidui cōfessoꝝ labores, ieiunia, oratiōes, inediæ, sitis, fames, gelu, æstus, picula, dolores, disciplinæ, flagella, planctus, lachrimæ, suspiria, Chorus, pdicatio: & alia id genus nihil cōtulerunt ecclesiæ, nihil q̄siuerunt: supra gratiā iam q̄sitā. Vt qd ergo tantope laborarūt frustra? Forsan pro augumēto grē suæ inges. At nō ita pfitet Paulus dicēs. At nūc gaudeo in passiōibus p uobis, & adimpleo ea q̄ desunt passionū Christi in carne mea p corpe eius, qd est ecclesia. Ecce q illas passiōes p aliis ingt se pstare, imo p xpi corpe qd est ecclesia, & ita dr. Adimplere ea q̄ desunt passiōi xpi: nō ita qdē q passio sola Christi non sufficiat ad oīum redēptiōnē, & poenaꝝ: sed qa acceptauit De⁹ in toto corpe xpi mistico pati Christū in mēbris suis: iō ad hūc intellectū dr Christi passio cōtinue ipleri, & ut ibi ingt Glos. usq; ad cōsumationem nōdū erit ipleta. Est & Iob irrefragabilis sñia p hoc, nisi eā qs uelit manifeste puertere prauo sensu. Vtinā inqt peccata mea appēderent, qbus irā merui, & calamitas quā patior in statera: q̄si arena maris hæc grauior apperet. Producit et Albertus sup. xyi. Matth. Esaiæ uerba. xxii. ℭ Et suspēdā sup eū oēm gloriā domus pris sui, uasorū diuersa gña: oēs uas puulū, a uasis cratēraꝝ usq; ad uas musicoꝝ. ℭ In qb⁹ uerbis intelligit Albertus merita Sctoꝝ & in primis Christi suspēsa interim, donec ex eis p quolibet indigēte solutū fuerit. Sed qd cōpatiōe Martini ualeat. Albertus cū Esaia, & tota Ecclesia? Nā uideamus quo eōtra hūc thesaurum, & q̄ argute moueat. ℭ Prīo nulla sunt opa scoꝝ iremunerata, qa De⁹ pmiat ultra cōdignū: cū dicat Paul. Nō sunt cōdignæ passiōes &c. ℭ Istud arg. nihil pbat q talia opa sint inremunerata. Immo cōtra, potius pbat q sunt remunerata, ex qbus thesaurus ē licet adhuc nō ipēsus p aliis. Quis. n. tā stultus dixerit, nisi Martino similis, q si ego solui alicui p labore scripturæ. x. aureos: q ille iterm repōat, neq; uel p se uel p aliis adhuc expēdat, ppea nō esse remuneratū? Ridicula hæc sunt. ℭ Secūdo ait, Nullus sctoꝝ sufficiēter impleuit mādata Dei (nā aliud asserere inqt est hæreticū). Ergo nihil sup abūdans fecerūt, qd ad hūc thesauꝝ p indulgētias distribuēdū ptineat. ℭ Credo aūt de nūero sctoꝝ, nolle illū excludere beatā Virginē. Nā cōtra illam ēt cōcludere oportet, ut oi ex

Martin⁹ se hæreticum & cōtentiosum pfitetur.

uerba Mart.

Nota hæc ad te ptinēt Martine.

Martinus contra Martinū.

uerba Mart.

Io. I.

Paul. ad Col.

Iob. 6.

Albertus. Esa.

Arg. Martini contra Martinū

pte cõcludat arg. Et ita prima hæc hæreticissima cõclusio, horrẽdissima & phanissima ex ore illo pleno blasphemiaꝝ sequtur. Btã Virgo Maria Dei Mater nõ sufficiẽter impleuit mãdata Dei. Sed age de aliis Sctis cõsideremus quõ hæc pbet, nã de btã Virgine & Gloriosa utar Aug. uerbis. Cũ de peccato agit nolo ullã de ea hre mentionẽ. Probat igit φ nullus Sctoꝝ impleuerit mãdata Dei. Primo p more suo uerbis Christi q̃ cõtra se faciũt. Sic.n. p se suis uerbis pducit. ¶ Primo p illud Christi. Cũ fęceritis oĩa dicite serui iutiles sum⁹. Sed seruus inutilis citra, nõ ultra fecisse intelligit, nisi forte quorũdã isulsissimoꝝ hoium somnia seq̃mur, q humilitatis nõ ueritatis hæc dici a suis, Christũ uoluisse, garriunt &c. ¶ Sed si tu ultra legisses uerbũ Xpi Martine, itellexisses φ seru⁹ inutilis in uerbo Christi ẽ ille q nõ citra facit, sed qd debet facit. Doce igit poti⁹ nos tu Christe optime Magr, tu inq̃ poti⁹ q̃ Martin⁹, qa Martin⁹ cõtra te & uerba tua exponit tuã sniam. Quare uis illos seruos se inutiles dicẽr, q.ſ. citra fecerũt, & mãdata nõ ipleuerũt, & sic nõ fecerũt qd debuerũt? An poti⁹ qa fecerũt qd debuerũt? Solue tu inq̃ Dñe & Magr. Ecce qa soluit. Ecce qa addit declarãs cur serui inutiles se eẽ dicere debeãt, qd debuim⁹.n. facere fecim⁹. An igit q facit qd debet, nõ iplet mãdata? imo iplet: sed nõ plus facit, & iõ seru⁹ dr̃ iutilis qa q facit qd debet utilitatẽ ñ affert, sed debitũ soluit. O igit circũspectũ Martinũ i scripturis. Asserere nũc hæreticũ q dicat scõs fecisse qd debuerũt: & cõsequẽter explesse dei mãdata: Fac nobis ẽt Xpm hæreticũ, postq̃ ita me cogis dicere pfidissime Antichriste. ¶ Scdo adducis φ sapiẽtes Virgines noluerũt cõicare de oleo suo, ne forte eis nõ sufficeret. ¶ Et nõ itelligis miser (ut oẽs exponũt) loq ibi Euãgeliũ de oleo incõicabilis charitatis. ¶ Tertio & q̃rto (q̃s solus de quo falso gl̃iaris ista reperis.) Producis Pau. i. ad Cor. 3. & .6. ad Gal. dicẽtẽ unusq̃sq̃ mercedẽ accipiet ſm laborẽ suũ & unusq̃sq̃ p se reddet rõnem p ut gessit in corpe. ¶ Sed neq; hic miser agnoscis, φ nemo dicit queq̃ uel acqrere uel augere, alteri mercedẽ, q̃ tm̃ p priis meritis debet. Sed hoc tm̃, φ alter pœnas p altero soluit. ¶ Quinto hãc blasphemiã his uerbis addis. Oĩs Sãct⁹ debitor ẽ dei diligẽdi q̃tũ põt, imo ultra q̃ pt, sed null⁹ id facit nec potuit. ¶ Maledicta sit hæc blasphẽia tua φ De⁹ ad ipose obligauerit Sctõs suos. ¶ Sexto addis Scti p eoꝝ op⁹ pfectissimũ mortẽ martyriũ passionẽ nõ faciũt ultra q̃ debẽt, imo faciũt qd debent, ẽt uix faciũt. Ergo multo min⁹ i aliis opib⁹ pl⁹ fecerũt q̃ debuerũt. ¶ Ex his uerbis prio colligo, φ Martyriũ ẽ i pcepto i distincte (tu.n. nihil distinguis) & nõ ẽ opus sup erogatiõis ac pfectiõis. ¶ Scdo colligo φ moriẽdo fecerũt qd debuerũt, & tñ peccauerũt ſm te qa nulla opa tã bõa sũt qn pctã sint dãnabilia. ¶ Tertio uere fateor φ qlibet pat⁹ debet esse ad mortẽ pp xpm & aiam suã dare p illo, sed mĩme sequitur, φ illos labores & passiões nõ remuneret De⁹ acceptãdo ad pœnaꝝ satisfactionẽ & p illis & p aliis. ¶ Quarto ex his oib⁹ tollit oẽ suffragiũ: scindit corpis xpi unio: & deniq; pbat φ un⁹ alteri suffragari nõ põt: aut.n. hoc pbãt, aut nihil cõtra ppositũ pbãt, ut patet euidẽter: & iõ septimũ arg. & ultimũ qd pducis cõtinet tm̃ uerba p laicis tuis & mendacia. Tale.n. est. ¶ Septimo, φ cũ tot ego argumenta pducã (supple q̃ faciũt cõtra me euidentissime) illi uero p sua pte nec unũ, sed simplicẽ narrationẽ sine scripturis doctorib⁹ rõnib⁹ loquẽtes (supple tu: ut cõsueuit facere Thomas q uere nũq̃ sine scripturis aut pfrib⁹ aut ualidissimis rõnib⁹ loqt) possum⁹, imo debem⁹, ab eoꝝ snia oio recedere, (Recedam⁹ igit a tota ecclia & seq̃mur Martinum. Et subdis. Sed hæc sint mea. ¶ Parco tibi pp hoc uerbũ, p multis q̃ male locutus es. Hæc (inqt) sint mea. Nũq̃ nobis meli⁹ cõsuluit q̃ sic admonẽdo, φ hæc sua sunt. Sinam⁹ ergo sua hæc esse, q̃ uere sua sunt, & ipse uult esse sua. Nemo pticipare uelit de his suis, uidelicet tot cõfictis mendaciis, q̃ sua sunt: nõ Dei: nõ Sctoꝝ Patrũ: sed sua, uere sua: habeat ergo sibi & pereat cũ illis, ut meritus. Nã in humilitate & modestia cõsueta, in tumore tantæ doctrinæ contra uniuersam eccliã insup hæc audet p supradictis pferre. ¶ Et ut aliqñ audax sim ea q iã dixi, ptestor me nõ dubitare, sed pat⁹ sũ ignẽ & mortẽ suscipe p illis: & hæreticũ asserã oẽm qcnq; cõtra sapuerit. ¶ At ego audacter dico. Hæc sola uerba clarũ speculũ supbiæ suæ apud oẽs bñ cõpositas mẽtes, satis esse deberẽt p idoneo testimonio, insolẽtissime temeritatis suæ & ai ptéruissimi. Et si aliud nõ legeret de blasphemiis suis horrẽdissimis, hoc solũ & ignẽ & mortẽ ei potuit pmereri. Quo magis eos miror, q hoies tam pestiferũ atq; tam insigniter arrogantem pati possint. Quos rursus moneo & obtestor per fidem IESV CHRISTI, & per salutem suam ut tandem & agnoscant & auferãt malum de regno suo, Reddituri alioqui uel mihi hoium minimo rõnem, cur noluerunt audire & obsequi ueritati. Sint sane magni quantum uelint. Deus solus est magnus: & coram illo parui erimus omnes. Hacten⁹ fateor potuerũt errore ducti & maloꝝ suggestione nõ animaduertere ad ueritatẽ. Sed nũc iam cũ tam patẽs facta sit uniuerso orbi: qua poterũt excusatiõe ignorationẽ ptendere? Qui habet aures audiẽdi audiat, nõ me, q nihil sum, & uilissim⁹ hoium: nõ me inq̃, sed ueritatẽ Dei undecũq; ueniat. ueritatẽ dico, quã destrue-

Margin notes (left): uerba Martini. — uerba Martini. — uerba Martini.

Margin notes (right): Cõclusio q̃ ex dictis Martini sequitur. — Martinus adducit cõtra se scripturas. — Si uera locut⁹ est Martinus Christus hæreticus est. — Qui hẽt aures audiendi audiat.

re uolũt pſidi, iniq hoies, diabolicæ portæ iferi. Sed i uerbo Dei ptestor, ꝙ male & cito pi bunt oẽs cũ desideriis suis: & eoꝝ gloria in puluerẽ deducet. Sed redeo un digressus sum.

Nona. ℂHic Thesaurus est in manu Papæ de quo p indulgẽtias dispẽsando satisfacere põt tã p uiuis q̃ p defunctis/& auferre ab eis hoc pacto pœnas/quas uel paterent seu pati deberẽt/uel ẽt nũc patiunt in Purgatorio/& existimo eas ualere tantũ quantum pnũciat.

Decima. Ad hoc tñ ut idulgẽtiæ tales ualeãt. Reqrit ex pte accipiẽtis charitas. Ex pte cãç. Pietas. q̃ ẽ cõe bonũ ecclę: uñ & honor Dei & pximi utilitas emergit.

Nota Martine. Per has igit positiones. Primo credo ab oi adulationis suspitione, me liberatũ, cũ neq; desendã neq; approbẽ illas indulgẽtias: q uel leuẽ, uel nullã, uel falsam habeãt cãm. ℂSecũdo ut ostendã me ẽt saltẽ in cõspectu Dei, ꝙ nolo esse de mũdi sapiẽtibus q recte statuta p ecclesiã & p Sanctos Pont. perq; Doctores doctissimos cõprobata, temere & leuiter audent impugnare: hanc ueritatẽ potius ab eiusmodi pueriis tutari conabor. ℂPrimo.n. arguũt, qa Ecclesia seu Papa nõ põt tollere diuinã iustitiã quod faceret auferẽdo pœnas p peccato debitas corã Deo. Rñdet ꝙ diuinæ iustitiæ satisfit neq; pœnæ debitæ corã Deo auferunt, sed tñ mutant qa alius ex charitate sua p alio suis pœnis satisfacit, & Deus acceptat ppter unionẽ corpis, ut unũ mẽbrũ p alio patiat, sicut siqs p alio soluerit iã nõ hoc agit ut ei sit remissum debitũ & auferat ius suũ creditori: nõ ergo tollit satisfactio p indulgẽtias, imo facultas potius satisfaciẽdi tribuit. ℂSecũdo arguũt, qa ex hoc seqtur ꝙ capiẽtes indulgẽtias fiũt secordes ad bona opa indulgẽtiis cõfidentes. Rñdet hoc esse ex eoꝝ malitia qui liberalitate & bonitate Dei abutunt, & iõ Beatus Tho. spãliter admonet ꝙ sunt admonẽdi oẽs q indulgẽtias sumunt, ne ppea secordes fiãt & retrahãtur a bonis opibus ac satisfactoriis. ℂTertio arguũt, ꝙ Papa nõ habet ptãtem circa defunctos qa sunt soluti ab eius foro. Rñdet ꝙ uex est neq; p indulgentias utit ulla ptãte in illos neq; ligãdo neq; soluẽdo: sed tñ de alienis laboribus & pœnis põt eis attribuere ita ut soluãtur. ℂQuarto arguũt, ꝙ uidet absurdũ ꝙ in ptãte Papæ sit posse totũ Purgatoriũ euacuare, & ita ois diuina euacuaret iustitia. Rñdet ꝙ Papa nõ põt hoc qa ut diximus iusta cã reqrit ad indulgẽtias cõcedendas & p mõ & qualitate cãæ deberent cõcedi alioqn ut diximus nõ ualerẽt. ℂQuinto arguunt, ꝙ satis iusta cã est charitas Papæ, imo nulla magis iusta, ex quo sequeretur ꝙ deberet Papa ex charitate oẽs aĩas liberare cũ posset alioq esset crudelis. Rñdetur hoc arg. Hostiensis, fuisse a scribẽtibus & pnisum & solutũ: & falsum oino esse charitatẽ cãm idoneã; qa ille Thesaurus debet aliqd nouũ ad honorẽ Dei & ecclesiæ utilitatẽ cõstituere qd sola charitate nõ fit: q suũ ẽt habebit meritũ. Et p hæc appet ꝙ friuola oĩa sũt q obiiciunt: & ꝙ ipsa est ẽt illa opinio q̃ dicit. Papã nõ remittere per indulgẽtias nisi pœnas canonicas. cum hoc ipso remitteret ad grauiores quod iste imperitissimus uir ausus est irridere nõ intelligens fundamenta doctrinæ, cõtumeliosis & nephandis in sanctũ Doctorẽ uerbis.

ℂSed iam cõsequẽtia ex pmissis patet. Quis.n. dubitet ꝙ q̃to minus soluit pœnæ in hoc mũdo tãto magis patiet in alio; qs ẽt dubitat ꝙ penæ q hic feruntur ẽt multo minores (qa est tps merendi & uolũtariæ sumunt) cõpẽsant multo maiores, quas alioqn passuri eẽnt post mortẽ: qs ergo nõ cognoscat cõsequẽtiam; ꝙ si indulgẽtiæ solas pœnas hic iniũctas canonicas tollerẽt ille qui eas nõ sufferret, tãto magis deberet in Purgatorio, quæ sublatæ nõ essent, neq; p indulgentias, neq; p illas satisfactiões seu pœnas canonicas, quas diceremus remissas p indulgentias ipsas: & ppea redimendo hic hõ indulgentias.i. remissionẽ pctõꝝ canonicaꝝ cõparet sibi tãto maiorẽ Purgatorii pœnã, quãtũ satisfaciendo & sufferendo pœnas canonicas, sibi de ipsis purgatoriis pœnis abstulisset. Hæc aũt circa hãc materiã breui collectã satis esse uolo: q certo scio sufficiunt ad oĩa quæ frustra scripsit Martinus pp hoꝝ ignorantiã fundamentoꝝ. Laus IESV & MARIAE. Amen.

FINIS.

ℂLiber quartus. De hæreticis ac peruersis & manifeste pernitiosis Martini impietatibus: circa Pœnitentiam & Purgatorium.

ℂImpia eius Dogmata ac late peruersa circa Pœnitentię doctrinam.

d Ominus & Magister noster IESVS CHRISTVS. Dicẽdo pœnitentiã agite &c. Oẽm uitã fideliũ pœnitentiã esse uoluit. ℂEadem neq; gaudio/neq; somno interrumpitur.

CIdē Christi uerbū de sacrali cōfessionis & satisfactionis/non pōt intelligi.
CIdē uerbum seu præceptum/impossibile est ut impleatur.

CCirca partem contritionis.

CVera cōtritio non sumit initiū neq̧ parat/p diligētem discussionē collectionem detestationem peccatoꝝ: Considerādo grauitatē turpitudinem enormitatem/amissionem æterni boni/ac damnum æterni mali.
CTalis cōtritio facit hipocritā/pctōrē/& absolutione indignū & cōione.

CCirca partem confessionis.

CNullo modo præsumas confiteri peccata uenialia. Sed nec oīa mortalia.
CNulla sunt opera nostra/etiam bona: qn sint peccata dānabilia/si Deus in iudicium intret nobiscum.
CQui uere credit absolui: uere ex hac fide sola erit absolut⁹: q̄cq̄d sit de cōtritione.
CHæretica/sed usitata sententia doctorum. Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam dare his/ qui nō ponunt obicem.

CCirca partem satisfactionis.

CDe satisfactione nihil legitur in scripturis.
CDeus nullā pœnā exigit a peccatore ꝓ peccato: sed tantū nouam uitam.

CPrima disputatio super primo eius iniquo dogmate.

ET si sciam horrendissimas has Blasphemias Piis auribus nulla egere disputatione cum iniquitatem manifestam secum præferant. Quia tñ Diabolus in hoc sacrm saluti tam necessariū/semp est machinatus: & charitas multoꝝ refriguit, in qbus Christi iam nulla lux: Ideo in noīe IESV. & MARIAE nōnulla cōtra istas impietates in mediū afferam.

PRincipio ut hanc nobis ingem pœnitentiam tuā cōmendares, a uerbi ꝓprietate ita initio operis ad Leonē. Ad Vicariū Prælatum uestrum, Scribis.

CMemini Reuerē. Pr̄ inter iocūdissimas & salutares fabulas tuas/q̄ b⁹me solet Dn̄s me⁹ Iesus mirifice cōsolari/icidisse aliq̄n mētionē hui⁹ nōis. Pnia. ubi miserti cōsciāꝝ multaꝝ carnificūq̧ illoꝝ/ q̄ pceptis ifinitis eisdēq̧ iportabilib⁹ modū docēt (ut uocāt) cōfitēdi te uelut e cœlo sonātē excepim⁹ q̄d pnia uera nō ē nisi q̄ ab amore iustitie & Dei icipit. Et hoc eē poti⁹ pricipiū pniæ/q̄d illis finis & cōsumatio cēset. Hæsit hoc uerbū tuū ī me/sicut sagitta potētis acuta cœpiq̧ deiceps cū scripturis pniaꝫ docētib⁹ cōferre. Et ecce iucūdissimū ludū/uerba undiq̧ colludebāt: planeq̧ huic sniæ arridebāt & assultabāt: ita ut cū pri⁹ nō fuerit ferme in scriptura tota amarius mihi uerbū q̄ pnia (licet sedulo ēt corā Deo simularē & fictū coactūq̧ amorē exprimerē conarer) nūc nihil dulcius aut grati⁹ mihi sonet q̄ pnia. Ita. n. dulcescūt pcepta Dei/q̄n nō in libris tm̄ sed ī uulnerib⁹ dulcissimi Saluatoris legēda intelligimus. Post hæc accessit ꝙ studio & gr̄a eruditissimoꝝ uiroꝝ/q nobis Græca & Hebrea officiosissime tradunt/didici idē uerbū græce metanœa dici a meta & nœin. i. a post & mētē/ut sit pnia siue metanœa/resipiscētia & q̄si post acceptū dānū & cognitū errorē intelligētia sui mali q̄d sine mutatiōe affect⁹ & amoris fieri est impossibile: quæ omnia Paulinæ Theologiæ ita respondent apte ut nihil ferme apti⁹ Paulum illustrare possit/meo saltē iudicio. Deniq̧ profeci & uidi Metanœam nō solum a post mētem/sed a trans & mentē posse deduci sit sane uiolentum ut metanœam transmutationem mentis & affectus significet. Quod non modo affectus mutationem sed & modū mutandi. i. gratiam Dei uidebatur significare &c.

Hæc oīa ad te ptinent Martine.

Libet aūt aliqtisper tecū pludere. Primo.n. de ppria tua cōfessione p ista uerba cōsequor, q tu paulo ante nō sincere cū Deo ambulās & corā illo simulās, coactū amorē fingebas. Ego aūt hō ille simplex mirabar, qūo tam simulate egisses cū summo Pont. quē mō innocētissimū cōfitereris: mō tyrannū diceres. Ad cuius iudiciū spōte tua tā supplex mō cōfugis, mō ab eo tam cōtumaciter refugis. Quid.n. miṝ, aut qd magnū: Si cū Deo tāto tpe simulasti: ut cū eius Vicario pari simulatione abusus fueris? Veṝ quo pnt cōfidere in te principes terræ, ne ercū illis simules? qui totā uitā cū Deo duxeris simulatā. Dices forsan, At iam ulterius nō simulo. Illa Græci uerbi notitia docuit ne āmplius simulē. Mirū q ex græca facultate sinceritatē didiceris. Quid.n. si uel nūc magis te simulare existimemus? Nam si semel malus ex nota regula semp credit malus: qto ille magis credēdus qui totam uitā malus? Quis credat forte tuā tam beatā, ut cū tota uita nihil pfeciss es: Tandē sine tot cōpunctiōibus, & tāto dolore cordis, & tot rigorosis cōfessiōibus, Spretis clauibus, & ipso clauiū dño, cū oībus suis indulgētiis, cōtemptis oium Scoṝ normis, in nouo tm̄ uerbi huius intellectu deniq resipueris. Illud uero nō admodū miror, qd inqs: cum antea nihil tibi sonaret amarius q pœnitētia, nūc nihil dulcius sonet. Si.n. & in gaudio, & in lecto, in risu, in somno, qn cūq & ubicūq agi pōt (ut ais: de quo paulopost) qs iure miretur, si tam grata facta tibi sit, & dulcis? Hoc magis mirū, qd impossibile tale pceptū dicas cū isto mō tam facile: imo tam dulce illud cōstitueris. De quo et paulopost. ¶ At serius agēdo nūc iā. Dic tu nobis qui in hāc opinionē ab ethimo uocis descēdisti: an ualet eiusmodi arg. a uocis deriuatione qd in oī scīa inualidissimū reputat? An qa possessio a sedib9 dicta est, q̄si sedium positio: idcirco nō possessio qa nulla talis positio sediū? Scire.n. hæc debuisti, si tantus sis Iurista Theologus. An forsitan respexisti ad nomē tuū qd a Marte deducit? Et qa congruere tuis factis agnouisti. q bella moueas in ipsum cœlū: iō constare arg. A uoce putasti? Quid aūt si nos ad Lutheri nomē trāseamus qd a Luto duci ur: nū patieris ualere argumentū? pſertim q te uere in lutū ac fæcem hæreticoṝ piecisti gra is: ut tanq lutū platearū te deleat ille, qui dissipat eos q bella uolūt. Cogor & ego ita te interdū eludere, ne tam sapiēs tibi uidearis: Et tandē intelligas in sola hac uocū aucupatiōe, unde plurimæ hæreses emersere sine meliloribus lrīs, & in dicendi facundia incastigata, sine spū & timore Dei, infœliciter tractari scripturas. Quod ut latius ostendā & penitus os tuū obstruā. Tu p intellectu uerbi Christi. Pœnitētia. ad græcæ uocis puocas deriuationē. At ego re ad latinā reuoco, & cū Augustino dico, q pnīa dr̄ q̄si pœnæ tentio. Quid tu ad Augustinū? An tu illo cōsideratior? Mirum.n. q unq uerā ille egerit pnīam, cū in hac uocis pprietate peccauerit a qua discit. At inquies, Lucas græce scripsit. Sed dic tu nobis de uoce Christi cōtendit qua prædicauit, an de uoce Lucæ qua scripsit? Si de Christi uoce, Christus græce ne, an Hebraice locutus est. Si hebraice, cur nō potius hebraicā illius uocis interpretationē cōsiderasti? qua intellexisses (qd dixit Augustinus) p eā significari cōpunctionē ac simulationē & quandā quasi pœnæ tentionē. Quid igit nūc dices Martine, an nō uanā reddidi oēm hāc tuā cōsiderationē? Præterea, ut de uerbo hoc tuo græco disseramus: an nō eodē usus est uerbo Arist. in .2. Retho? Et tn ibi pnīam tristitiæ spēm esse definiuit. Sed peccaui. phm in sipientē & ignorantē græcas lrās pduxi. Mitius tecū agā. Cōcedo qd ais, illū pœnitere qui phase ac transitū faciat: & nouā assumat uitā: Quis hoc neget? imo qsnō doceat? an sequit ppea q hic trāsit9, uidelicet de Aegypto ultra mare debeat esse iugis atq assiduus? Nā quo pacto eū q semel trāsijt mare iteṝ trāsire oporteat, nisi citra reuertat? Et ob eā cām recte dr̄ oium theologorum cōsensu q hoc sacrm̄ pq̄d mare trāsit. i. mortale dimittit: iam nō est illi necessariū q in eo nō sit licet sit utile, qa a mari tāto magis elōgat, & p hoc tāto magis tutus: & iō non pprie phase fit, aut trāsitus maris. i. peccati: sed maior ab eo elōgatio, & euitatio reuersionis: cū ut Greg. ait in uía Dñi nō pgredi, est retrogredi. Hinc soluit secūda rō tua, q p̄supponis (in intolerabili calūnia) nos dicere q sacralis pnīa nō sit spūalis & interior, sed tātū exterior, & q agi a supbissimis pōt hypocritis. Soluit & tertia qua inqs oportet semp orare, & totā uitā (ut Aug. ait) dicere. Dimitte nobis &c. Ipse.n. Aug. ad Fœlicianū se declarās ostēdit, q imperite oīa cōfundēs, deciperis. Triplicē.n. pniam distinguit. Alia est nō reiterabilis, ut baptismus. Alia iugis & assidua: & hæc magis ad cōseruandum se, & pcedendū in uia, necessaria est, q ad phase uel trāsitū faciēdū: tū q nemo sine peccato saltē ueniali: tū uero q nemo et certus de mortali, & grāde peccatū esset p certo in iustitia ppria confidere. Tertia est hæc sacramētalis quā iugem esse nō oportere, sed statutis ab ecclesia tpib9 seruari, ipse Aug. pbat.

Qui habet aures audiendi audiat.

Pœnitentia Martini.

.l. i. ff. de acqren. pos.

Argu. ab ethimo uocis.

Aug. i lib. de pœn.

Error patens Martini.

Arist.

Gregor.

Calūnia Martini.

Aug. triplex pœnit.

¶ Secunda Disputatio: super secūdo Stulto eiusdē dogmate.

h Anc tuam pœnitentiam gaudio & somno non interrumpi his uerbis ad S. Pal. Magistrum manifestas.

℄Id non ſatis admirari poſſum/quod aperte negas pœnitentiam in gaudio agi poſſe:cum penitẽtia eo ſit purior/quo fuerit hilarior &iocũdior.Hilarẽ datorem diligit Deus.Sed Apl̃um quæſo reprehende qui Theſſolonicenſibus præcepit.Semper gaudete in domino & Pſal. Semper laus eius in ore meo.Dic rogo ut aliquando etiam plorent & maledicant in domino.Igitur ſemp in dño gaudendũ: ſp in nobis plorãdum/ in deo habemus unde gaudeamus:in nobis unde lugeamus:ideo ſit gaudiũ in luctu & luctus in gaudio:gaudium in abſcondito luctus in cognito.Sed hæc non ſunt Scholaſtica ideo differo in aliud tempus.

Fugerant nos Thomiſtas hæc Pauli dicta,ꝙ in dño ſit gaudendum:neq; niſi te interprete intelligere licuiſſet.O Martine ſi auſcultare mihi uelis.Nolo tuam hanc,patiaris poſt hac Paulinam Theologiam dici:ne Paulus quod mere tuũ intercipiat,aut ne qñ tibi potius ille dicat.Quando ego hæc dixi Martine,q̃ me dicere confinxiſti de ſenſu tuo?qua ꝓcedit conſequẽtia,ꝙ idcirco gaudiũ,ſit uel pnia,uel actus pniæ,qa gaudẽdum ſit in dño?Et ſi enim poſt ueram pniam gaudiũ ſequaẗ:non tñ ut pniæ actus:ſed ſicut ego docui,ut fructus ſpũs:q ex ipſa potius oriẗ charitate & diuino amore.Tuus ergo ſit honor iſte Martine inueniſſe tam facilẽ tãq; iocundũ modum paradiſum adeundi cum gaudibunda hac pnia,q̃ nec ſomno interturbaẗ aut quouis actu:q d.n.hinc liceat tuis colligere diſcipulis?Nempe comedamus & bibamus & ſurgamus ludere:ſic.n.pœnitebimus bene paſcẽtes bñ ſtertentes.Miror ꝙ ꝓ maiori magnificentia tua non addideris:ẽt in ſtuphis.Sic.n.fit cum uolumus populum currere:hoc Maumethis conſiliũ Fœlicitatem beſtiaꝝ mollib⁹ & effœminatis ꝓpoſuit:Huc ſpectat alia tua blaſphemia qua uxorib⁹copulari clericos ſancti⁹ atq; rationabilius doces.cui igitur non placeas carni & ſanguini:ſi talia dogmatizzes Sathanas impiiſſime?Sed non dum te abſoluo.Poſtq̃ enim ad ſomnum te comprehendi pœnas mihi daturus es:etiam pro eo ꝙ inquis,neq; ſomno hanc tuam actualem pœnitentiam interrumpi.His uerbis ad eundem.

Pnia Martini

Qui hẽt aures audiendi audiat.

Nota blaſphemiã Martini.

℄Quod uero dicis uel in ſomno intercidere neceſſario actus pœnitentiæ agnoſco egregiũ Ariſtotelẽ in te ex ethicis ſuis ſabulantem:ubi dicit ꝙ miſer & fœlix dimidio uitæ nihil differunt:uterq; enim dormiũt nocte.i.nihil agunt uel fœlicitatis uel infœlicitatis.Quomodo põt tibi uera Theologia placere cui placet tam inſipiens Philoſophus?Audi Apl̃m Paulum ad Ro. Qui manducat domino mãducat,qui non mãducat domino non mãducat. Et iterum.Qui uiuit domino uiuit.Qui moritur domino moriẗ.Sic & ad Corinthios.Non eſtis ueſtri.Empti enim eſtis precio magno.Hũc (rogo) liceat imitari & dicere.Qui dormit domino dormit:q uigilat domino uigilat.Et alibi ſiue comeditis ſiue bibitis omnia in nomine dñi noſtri IESV CHRISTI facite.Dño autem dormire credo non negabis eſſe Dei uolũtati parere/optima certe pœnitentia &a uitiis purgatio eſt.Puto ẽt ꝙ dormiens uiuat:ſi uiuit/certe dño uiuit:ut hic dicit Apl̃s.

Duo hinc mihi ſummo.Primum ꝙ ꝓpoſitio illa Ariſto.ꝙ dormiens nemo uel miſer uel fœlix,falſa eſt.Scdm ꝙ Paulus contra illam eſt.Quia uero ita Paulũ ſicut Phũm intellexiſti:ideo breuiter ſnĩa Philoſophi primũ declaranda eſt.Eius nota doctrina eſt,fœlicitatem ac miſeriam ſine opatione non eſſe.Dormiens autem nihil operaẗ:ideo neq; fœlix neq; miſer.Habitus autem uirtutum ſiue intellectuales ſiue morales ẽt in dormiente ſunt,ſicut ẽt uitioꝝ:ut recte ẽt dormiens,& ſapiens,& prudens,& ſciens,& artifex,& iuſtus,& tẽperatus,& fortis dici ualeat:nec tñ fœlix tunc.ſicut ẽt tu dormiens,& hæreticus & ſchiſmaticus es:non tñ miſer tunc:qa operatio nõ eſt in qua miſeria uel fœlicitas ſubſiſtat:niſi tu forſan ponas,ꝙ ẽt in paradiſo dormiemus:nihilo tunc minus fœlices.Quid enim miꝝ q tã noua in purgatorio dogmata comperiſti,ſi totidem in paradiſo reperias?Scdo qd nãrat contra hanc Ariſto.ſnĩam Api...:hoc tu ꝑducis.Qui uiuit dño uiuit:qui moriẗ domino moriẗ.Quid tũ?Ergo (ais) Qui dormit dño dormit.Eſto,quid ide?Ergo q dormit

Martin⁹ ĩ phõ reprehendit qd ñ ĩtelligit

Paulũ ꝑducit quẽ lacerat.

actum exercet pniæ. O mirabile Theologum. Vigilantium sunt opationes bone uir: siue bonæ siue malæ: non dormiẽtium: qm̃ non nisi uoluntariæ esse possunt. Eatenus igit dormiens dño dormit: quatenus dum uigilaret, dño dormire uoluit. Dormiens. n. dormire non uult, q nihil sentiat, ligatis somno sensibus, & aĩa a uoluntariis operationibus qescẽte Hic igit puerilr lapsus es non intelligens, aliud esse, ꝙ dormiẽs bonũ actum aliquẽ pter dormitionẽ exerceat, quod est falsum: aliud, ꝙ ipsam dormitionẽ, q̃ põt esse actus bonus & a rõne & uoluntate impatus. Sed sic est actus nõ dormientis sed uigilantis: qa uigilãs dormire dño uoluit. An nõ satis ergo iam apparet ꝙ ita Paulũ sicut Arist. intellexisti? Sed q̃to digna risu ea sunt quæ sequuntur. Sic. n. iuxta sequeris.

¶ Item qũo audes dicere dormientẽ fidelẽ esse uacuum actibus bonis/qui tum maxime bonis actibus plenus est quãdo Deo in se quieto agere patit & sabbatũ dñi celebrat? Sed sisto. nescio. n. an thomistica Theologia hãc theologiam unq̃ senserit Paulina est enim non peripatetica.

Vere Thomistica Theologia hæc nunq̃ sensit: neq; formã tã bellæ nouit aliq̃n conseq̃ntiæ Patit qs i se quieto Deũ agere, ergo agit. O q̃ uere ais Thomistica hæc nõ eẽ. O q̃ falso, eẽ Paulina. At dic nobis tandẽ qd in te qeto agit Deus cũ dormis? Plenus es & tu in sõno diuinis actibus? an magis stultitiis multis ẽt cũ maxime uigilas? Attñ q̃so dic, qd in te dormiẽtem sentis Deũ agere? qbus replete actibus? Nec. n. habemus nos Deũ nostrũ ita nobis, uel in cubiculo appropinquãtẽ. Porro qd nam est sabbatũ illud qd tu ais? Merito Thomista timet, ne qua sabbatizzatio, aut qd peius sub hoc tuo abscondat sabbato. Nisi forsan hæc mysteria p tuis confingas laicis, ut aliqd in te diuinũ, qd dignũ sit cælatum esse, suspicent & uenerentur. Laudo. Sic fieri oportet p plebe stulta.

Egregia cõseq̃ntia Martini

cet, quod Origenianum dicitur, ꝙ scilicet. Diaboli etiam saluabuntur aliquando omnia metuo ab hoc uiro pestifero. Quid respondes ad Aug. dicentem. Omne hic meritum cõparatur? Audite quomodo patrem Aug. exponit. Inquit enim ꝙ non loquitur Aug. de his qui sunt in purgatorio. Et tñ Aug. dicit omne meritum. Et regula est nota pueris, ꝙ q omne dicit, nihil excludit. Quid ergo ais Martine? Nihil aliud, nisi ꝙ Augu. non dicit hoc, re spectu eorum qui in purgatorio sunt O miserum hominem. Ego parcerem insaniæ suæ: nisi manifeste loqueretur Aug. de his qui in purgatorio sunt: negans in statu meredi esse, & ita negans, ut loquens de orationibus quæ hic pro illis fiunt: ne crederemus ibi eos illas mereri. Manifeste & plusq̃ manifeste dicit, ꝙ illas tunc meruerunt qñ erant in uita. Addẽs rõnem, quia omne meritũ hic cõparat & c. Hæc Aug. in Enchirid. c. viii. & c. ix. Quid ergo frustra Grego. in Diagolo, & aliis locis Damascenũ, Hiero. & singulariter sup Epistola ad Gal. Greg. Niss. Chrisost. Ambrosiũ, & specialiter in Apologia. Dauid: & oẽs tam antiquos q̃ Modernos frustra adduxerim? ¶ Porro duo supersunt ex tam insano dogmate, inaudita & inopinabilia documenta. ¶ Primũ, ꝙ cũ sint per oĩa (ut ille asserit, Thomã insuper in hoc, ꝙ cõtrariũ ex cõi doctrina docuerit, reprehendens) uiatores, qui in purgatorio patiunt: poterit cõtingere augeri eis charitatẽ, ꝑpemodum in infinitum: & ita cõseq̃ter multos esse Beatiores ipso Io. Bap. & adhuc (quod horreo dicere) ipsa uirgine Beatissima Dei matre MARIA. Item ꝙ melioris conditionis essent multi decedentes in charitate imperfecta (quia magis in purgatorio perficerent) q̃ si in perfecta decessissent. Presertim quod ille asserit, longe & incõparabiliter maiora esse in purgatorio merita, ꝑpter pœnarum grauitatem, q̃ esse ualeant in hac uita. Ita ut studere debeãt laici Martini, in purgatorium potius ire, q̃ in Paradisum: ut sic mirabiliter in eius theologia ꝑficiant. ¶ Secũdum documentum, quod pariter poterit cõtingere: cum animæ in purgatorio suo existentes incessanter peccent, cum non uolenter penas ferãt, & cũ pergant timere. possintq; in eiusmodi uoluntate ac timore continue perseuerare, ut procul dubio in æternũ ibi maneãt. Presertim cũ sint incertæ salutis suæ. Poterunt ẽt ibi ita blasphemare & desperare, ut ualeant se cõstituere dignas miliess inferno, & ita de purgatorio uel infernum faceremus, uel non uiam ad purgandum, sed ad perdendum potius diceremus. O infoelix Martine, quomodo non considerasti tanta absurda? Quomodo poteris respondere? Quomodo non confundi? Multa consulto omisi eiusmodi nefanda atq; horrenda piis auribus, nimis satisfecisse prioribus arbitratus. Quare ago omnipotenti Deo gratias ꝙ tandem ex isto tuo inferno ipso confusiore, purgatorio liberatus, respirare aliquantulum mihi licuit.

Rñde Martine si potes, immo cõfundere cõsundere.

Documẽtum Martini.

Secundũ documentum.

Ad te ptinent hæc Martine.

FINIS.

¶ Liber Quintus, uel potius clarum Speculum Martinianæ Theologiæ.

u T doctis recteq; de fide Orthodoxa sentientibus: ueritatumq; theologicarum: & totius ecclesiæ sententiæ facile memorum/consulerem: tam super his quę disputata sunt/ q̃ super aliis: quæ ne infinitum mihi negotium sumerem: de industria prętererii: pestiferã uanam atq; ebriã uiri huius doctrinã de suis collectã uerbis/breuibus perstringã positionibus. Et ut laborem fastidiumq; longioris inquisitionis eas nosse uolentibus auferam: ipsa eius opera atq; loca ubi talia dogmatizzat: quæ alioquin in pręsenti opere nostro adnotata reperire non liceret: producam. Hic ergo maxime inuito bonos omnes/amatores & zelatores Christiani nominis: & Euangelicæ ueritatis: ut considerent cum quanta Christi Domini iniuria: tam prophana tamq; pestifera Dogmata in medio ecclesiæ proferantur: atq; ferantur impune. Et prætera cum inimicorum Dei nostri: & hostium Crucis Christi contemptu lachrimabili: & irrisione horrẽda. Sed iam illa ipsa inspiciantur.

Notate Christiani.

¶ Hæreses, Intoleranda scandalosaq; Martini dogmata. De Papæ potestate. Secundo libro ac tertio, disputata & confutata.

Christus prohibuit non statuit Primatum summorum Pontificum.
¶ Christi uerba. Tu es Petrus &c. non sunt singulariter Petro dicta: sed ecclesiæ principaliter.
¶ Claues accepit Petrus ab ecclesia non a Christo.
¶ Petrus potestate ac iurisditione coapostolis cæteris nō præfuit iure diuino.
¶ Immo Apostoli ipsi fuerunt Petro superiores.
¶ Petrus nō fuit quouis modo sup uniuersas oues Christi aut uniuersas ecclesias.
¶ Multo hoc magis uerum de successore.
¶ Petro singulariter non fuit facta Paterna reuelatio de Christo filio Dei.
¶ Talis reuelatio nulli cuipiam singulari personæ facta est, nec carni & sanguini.
¶ Vbi talis reuelatio & fidei confessio, ibi necesse est & claues esse.
¶ Papa non præest potestate cæteris episcopis diuino iure.
¶ Episcopi iure diuino æquales sunt præsbyteris. Error Arrianorum.
¶ Ita fit. Papam cuilibet præsbytero æqualem esse diuino iure.
¶ Decreta probantia Primatum Ro. Ecclesiæ. sunt frigidissima.
¶ Supradicta conclusio nimis modesta, sic corrigit a Martino. Sūt languidissima, Ineptissima, Impiissima, Deliramenta, Paleæ. & miseræ Paleæ.
¶ Sunt etiam contra Euangelii ueritatem.
¶ Et si ita sint cōtra Euangelium, sunt tamen toleranda pro fraterna charitate.
¶ Humano iure Papa primatum est cōsecutus. s. Constantini quarti Decreto.
¶ Conciliū esse supra Papā, aut a Papa ad conciliū appellari posse, q̄si ad maius tribunal.
¶ Papam errare posse in his quæ ad fidem pertinent rite etiam utentem claue scientiæ.
¶ Concilium etiam posse errare, quāq̄ ad concilium pertineat statuere articulum fidei. O Martine est ne hoc uertere fidem in utrum?
¶ Papæ nō subesse oēs Christianos, posseq; nō obtēperari eius decretis sine discrimine salutis.
¶ Romanam Ecclesiam posse schisma querere.
¶ Deum nisi digno claues non dare.
¶ Ecclesiam etiam indigno, sed non indigno coram se.
¶ Si uerbis illis Christi. Amas me. Pasce oues meas. data est potestas Pōtifici. Sequitur φ si non amet desinit esse Pastor, & amittit potestatem.

¶ Hæreses, pernitiosa ac nimis stulta eiusdem Dogmata: circa sacramētum Pœnitētiæ.

Poenitentia sacrm, ut est contritio, confessio, & satisfactio, non est p̄cepta a Christo.
¶ Verbum Christi. Pœnitentiam agite &c. Intelligitur de actuali pœnitentia assiduo, ac nūq̄ (etiam somno & gaudio) interrumpenda.
¶ Idem Christi præceptum, est impossibile.
¶ Pniam a Christo præceptā. Rex in purpura. Sacerdos in mūditia. Princeps in dignitate, nō minus agere possunt, q̄ monachus aut medicus in suis ritibus & paupertate.
¶ Istam positionē quā ab alio positam excusarem, & ad bonū sensum reciperem, in Martino adnotandam censui tanq̄ hæreticam, qm̄ per eam sentit, sicut & uerba sonant, φ in religione, ubi presertim paupertas & mendicitas assumitur, non est status melior aut uia facilior sequendi Christū. Sic. n. fama constans est perfidū istum Diabolum passim dogmatizzare, ut oēs reuocet super se & ueteres & nouas hæreses. Et merito. Decreuit. n. etiam cōtra se perpetuo pugnare, quippe cum ipse mendicantium religionem sit professus.
¶ Modus confitendi, quem in ecclesia docemur, est modus desperādi, & perdendi aīas.
¶ Vera contritio nō sumit initiū neq; parat per diligentem collectionem, discussionē, detestationem peccatorum, Cōsiderando enormitatem, grauitatem, turpitudinē: & amissionem æterni boni, & damnum æterni mali.
¶ Contritio ita parata facit hypocritam & peccatorem indignum absolutione & cōione.
¶ Peccata uenialia nullo modo præsumas confiteri.
¶ Mortalia non omnia, sed tantū manifesta. Et hic nota. φ quia pro hoc p̄ducit Paulū i. ad Cor. v. in illis uerbis. Siquis est inter uos fornicator &c. Videtur manifeste intelligere, φ ea tantū mortalia debemus confiteri, quæ sunt nota, immo & damnata in facie & ecclesiæ. Sic. n. exponit Paulum in eo loco, Augustinus in lib. ad Damascenum. Immo sic & ipse Martinus exponit in Sermone suo de excōmunicatione.

¶Qui uere credit absolui erit absolutus quicquid sit de contritione sua.
¶Ex hac fide fit certus aliquis se esse absolutum tam quoad pœnam q̃ quoad culpam.
¶Hæretica licet usitata sententia. Sacraméta nouæ legis gratiam iustificantem conferre, his qui non ponunt obicem.
¶De satisfactione nihil legi in scripturis.
¶Deum pro peccato ultra contritionem & charitatem, non exigere ullas pœnas.

¶Hæreses inaudita a sæculis & prophanissima dogmata: circa Purgatorium.

NOn stat ullus timor & horror mortis & pœnarum cum charitate perfecta.
Hinc nos deduximus hanc aliam Blasphemiam.
¶Christus in Martini theologia fuit ipfectæ charitatis qa cœpit pauere & tedere.
¶Purgatorium non est tantum locus pœnarum pro peccatis.
¶In purgatorio augeri gratiam, & meritum comparari.
¶Ibi existentes per omnia esse uiatores, ita ut & damnari possint.
¶Donec desinant ibi horrere ac pauere peccant sine intermissione.
¶Animæ ibi sunt incertæ de salute sua.
¶Item timent futuram damnationem.
¶Particulare iudicium quod est in morte cuiusq;, ut ait Paulus non est nisi quædam accusatio & nõ iudicium quia sententia differtur.
¶In purgatorio non puniri mortalia, sed tantũ peccata uenialia.

¶Hæreses præsumptuosa & iniquissima dogmata, circa indulgentias.

PApam solas pœnas canonicas posse remittere per indulgentias.
¶Virtute clauium nihil penitus pœnarum posse remitti pro peccato debitarum? Errauit igit Aug. contradicens in lib. de pœnitentia, & tota ecclesia sequens illum, sicut in .c. quem pœnitet. dist. i. late probatur.
¶Non esse in ecclesia militante thesaurũ de meritis Christi, unde pro nobis satisfiat.
¶Neq; esse de meritis Gloriosiss. Virginis eius Matris, & cæterorum sanctorum.
¶Eundem thesaurum in manu Papæ non esse, ut de eo possit ex causa quantumuis pia conficere indulgentias.
¶Nulla esse merita sctõrũ satisfactoria, excellẽtia debitũ Pœnarũ, propriis pctis debitarũ.
¶Contradictorium prædictæ conclusionis est hæreticum.
Ita ut hæretica sit tota ecclesia. Pontifices hæreses statuerint. Omnis schola, & doctorum & Sanctorum (una hac Excepta Martiniana) hæreses docuerit.
¶Indulgentias ẽt non cõfessis & non contritis, & omnino existentibus extra gratiã ualere.
¶Venias esse Pigris utiles inutiles impigris.

¶Disputatio in tertio libro prætermissa. Vbi summa est rationum, quibus mouetur Martinus contra Thesaurum. Ex meritis Christi comparatum ecclesiæ.

QVoniam omnis radix iniquissimæ eius doctrinæ circa indulgentias, cõsistit in eo, quod negat hunc thesaurum de Christi meritis. Ideo, quod prætermisi superioribus libris (ne quid laici sui merito desiderare possint, ad uaniloquas eius stultitias capiendas) hic breuiter colligam. Scilicet quibus ille moueatur aduersus sanctorũ doctorũ, & totius ecclesiæ sentẽtiam. Attñ triplex hic controuersia. Ab hoc hoie mouet. ¶Prima, contra quæstores indulgentiarũ, in quos nonnulla mouet atq; reprehendit, quæ si uera sint, fateor iure excusari non possunt. Atq; ideo illorũ causam, neq; uolo, neq; debeo, Defendendam suscipere. Vnum tantum possum comperto dicere, q̃ accusator Mendacissimus est, & plenus calumniarũ. Sed neq; satis hoc illis, si alioquin re uera officio abusi essent suo. Ipsi uiderint mihi (ut Apostolus ait) neq; stant, neq; cadunt.
¶Secunda, contra abusum ipsum indulgentiarum, uidelicet. Si uel leui, aut nulla, aut falsa, uel etiam non idonea cã cõcedantur. Huius rei quæstio, qm̃ in facti notitia consistit, nõ pertinet ad consiliũ uel disputationẽ sapiẽtis. Nõ.n. de eo qd fit rñdere sapiens debet, sed de eo quod fieri debet, & quod de iure est uel humano uel diuino. Minus ẽt pertinet ad iudiciũ meũ, aut cuiusq; singularis hois de facto tanti principis rõem ab eo reposcere, qui ut diximus Deũ solum iudicem habet supra se, qui nihil penitus indiscussum dimittit.
¶Tertia, cõtra ecclesiæ decisionem, & contra Sanctorũ cõem sniam circa hunc Thesaurũ, & hic intendo Disputare aduersus hunc hoiem maledictum, ut noscant docti oẽs, q̃ leui

bus,& q̄ ridiculis,& plane stultis moueatur fundamentis, Positis super harenam temeritatis & superbiæ suæ. Sic ergo ille ait in opere ad Leonem, Pagina.124.

¶ Q đ merita Christi sint Thesaurus indulgentiarum: nego. Et cā negandi est.

¶ Prima: quia nullis (ut iam sæpe dixi) scripturis id probari: nec rationibus ostendi potest: nec ipsi qui hoc tenent/probant: sed simpliciter narrāt: ut omnibus notum est.

¶ Veré nimis scriptum est de homine ad loquendum ueloce. nō esse spetandum nisi stultitiam: Sed au di si potes Martine, quanq̄ uere ēt scriptum est. Qui illusor est non audit cū arguitur. Audiat ergo qui ueritatem amat.

¶ Primo enim mendacium est, q̄ nullis possit scripturis probari. Mendacium inq̄, nā superius plurimæ adductæ sunt: Per quas iste ꝓbat & persuadetur thesaurus. de quibus bonus Martinus nullam penitus mentiōem facit: Verū q̄m ita loquunt scripturæ, ut nōnūq̄ duci in alios sensus facile possint, iō super hoc nōnulla sunt pp sciolos & supbos ponenda documenta, ut discant qn̄ blasphemant & imprudētet (q̄q̄ semper temere) cōtra scripturam loquuntur.

¶ Documenta ad cōsiderandum, quæ tanq̄ de scripturis ꝓbata sint recipienda.

PRimum: Quædam sunt quæ scriptura ita aperte pronunciat, ut nulla etiā malignis relinquatur peruertēdi occasio, nisi mera sua malignitas & cōtumacia atq; ꝓteruia, ut est illud quod Christus duodecim instituit Apostolos, & illud q̄ Petro reuelatū est de eo q̄ esset filius Dei uiui, & q̄ Christus ei tradidit claues regni cœlorū, & Principē illum facit super oēs Apostolos, & ptāte, & authoritate, & eiusmodi talia. Quæ qui negat, iam totam pōt & euertere & peruertere, ut lubet, scripturam.

Nota Martine.

¶ Secundum est. Sunt alia quædā quæ ex scripturis idonee per doctores Sanctos collecta sunt: nō ita tñ, ut nō aliqua præbeatur superbis & proteruis ansa, uel de ipsis scripturis, cōtradicendi: Sicut Arrius fecit, qui audiens illud. Pater maior me est. Ad blasphemiā abusus est. Et ob istā gratiam. Si qn̄ talis de scripturis emerserit cōtrouersia, Norma ueritatis ac fidei. est decisio ecclesiæ atq; ipsorum summorum Pontificū Decreta, siue in sacrosanctis Synodis, siue alioquin canonicæ deliberantium ac statuentium: ut quodcūq; damnatum ab eis sit, indubitāter ꝓ damnato recusandum sit, quodcunq; probatum ꝓ cōperto intrepide recipiendum. Alioquin nihil certi haberemus cōtra hæreticos uel hæreses, unde sine hæsitatione possemus in illos ferre iudicium. Quod est ualde impium & inopinabile & pestiferum in Christiana fide.

¶ Tertium est. Sunt nonnulla esse quæ nullo mō ex scripturis colligi ualent. At qa uerbo Apostolorum ac successiua traditiōe quasi p manus accepta sunt, & ad nos deriuata, atq; sanctissime custodita: ut de modo sacramentū cōficiendi: & si qua sunt talia: hæreticus ille sit & insanus, qui eiusmodi neget obseruanda, uti semper sunt obseruata.

¶ Quartum est. Nā sunt quæpiam quæ non plane de scripturis collecta ab initio sunt per doctores ueteres, quantum accipi potuerit. Attamē recentiores cōprehenderunt. Sicut.n. scriptura dicit. Pertrāsibunt plurimi, & multiplex erit sciētia. Et beatus Greg. in Dialogo inquit. Nō esse mirum multa suis tpibus reuelata fuisse, quæ prioribus sæculis fuerūt ab scondita. Cum ergo talia canone, aut statuto Pontificum probata fuerint ac recepta & cōfirmata, proculdubio nō sapit ad sobrietatem, quicūq; cōtra uelit insurgere ac resistere, & ꝓteruiter dissentire, minime ab hæresis crimine excusandus, quasi de scripturis nō sit ꝓbatū. Sat n illud dicit ex scripturis esse, qđ uerum esse ipsius ecclesiæ iudicio est decisum. Eccl. Gre.

¶ Postremū est, quia sunt quædā quæ uarie a doctoribus, ꝓ scholis diuersis, tradita sunt neq; certa decisione a sūmis definita Pōtificibus. Etsi in aliam partem declinare uideatur ecclesia. Et in his liberum est unicuiq; abundare in sensu suo, sed magis Christianū & religiosum. Alterum alteri potius cedere q̄ cōtentionibus deseruire: ut elegāter dixit Greg.

¶ His ergo p̄missis iam puto his satisfactū qui nolint inniti suæ prudentiæ & plus sape q̄ oporteat. Cū.n. indulgētiarum hic thesaurus cōsideratus sit a Sanctis per scripturas. ut supra diximus Alberti testimonio. Post beatum Thomā & alios, qui Paulū, Esaiam, Iob. & alia scripturæ loca ꝓducūt, quæ iste dissimulat. Cū exinde sit ecclesiæ decreto. imo & ipso facto receptus & cōfirmatus. Audeo dicere temerarium se cōprobare & hæreticū qcūq; ausit sese huic opponere authoritati quasi per scripturas nō probetur, cum & falsum sit & loco totius scripturæ ipsa ecclesiæ sufficeret authoritas, his qui nolint hæreticorum obstinationem sibi sumere, ut notum est ab ipsis ecclesiæ incunabulis: ut Leo primus Beatissimus inquit, & Innocētius ad Aug. scribēs, & tandem oēs cōcludunt Sancti. Vna uoce, unaq; snīa

irrefragabili.

irrefragabili. Immo hoc idē paulo post. Probabit nobis suis uerbis Martinus, uel inuit⁹: Mendacium igitur est, ꝙ nullis ꝓbari possit eiusmodi thesaurus scripturis.

¶ Sdco ēt si nō esset mendaciū, An nō est oium odiosissima ac penit⁹ intolerabilis arrogātia, in quouis mortaliū ꝗtūuis in oī scīa erudito. Dicere. Nō pōt ꝓbari ex scripturis. Si nō euidētissime appeat cōtra illas: aut alioqn certissima hoc reuelatiōe acceperit? Si ergo non aliūde & passim, pateret uanitas & inanissim⁹ atq; insanissim⁹ tumor mētis tuæ. Hoc solū certissimū signū eē pōt. Audere in medio ecclīæ (in eo ꝑserti, i. quo & scōs ꝑcipuæ doctrinæ, & oīs scholæ doctores, & insup dictū factūq; toti⁹ ecclīæ, aduersus te hēas) tm̄ uerbū uoce publica ꝓnūciare. Nō pōt ꝓbari ex scripturis. Quid. n. dicit, q hoc dicit. nō p̄t ꝓbari ex scripturis? Nēpe hoc totū. Ego uniuersas scripturas uidi, legi, intellexi, cōp̄hēdi, & insup mēoriæ mādaui, ac retinui, & in prōptu atq; an̄ oculos hēo. Hoc ergo totū nobis Martin⁹ de seipso ꝓnūciat. Si ergo q seip̄m cōmēdat ille ꝓbat⁹ ē: Martin⁹ certe erit ꝓbatissim⁹ q suo iudicio oīa Scti spūs arcana cōp̄hēdit mysteria. Sed Apls illū poti⁹ ꝓbatū iqt quē deus cōmēdat. Tūc igiť fortassis adducemur credere tāta, q̄ de te ipso tā apte iactas, cū uiderim⁹ aliqn̄ descēdentē in te colūbā & manentē sup te: & audiem⁹ de cœlo uocē sonantē. Hic est nou⁹ ali⁹ filius meus, in quo lōge mihi meli⁹ cōplacui. Ip̄m audite: Aut saltē aliū quēpiā Heliā ꝑcursorē itelligem⁹, in deserto clamātē & ꝑparantē uias tuas. Nisi forsan ille fuerit Taulerus, q ꝑueniens, tā pulchra de purgatorio dogmata, ad redigēdū oēs aīas ad isaniā, nobis attulit. Et ut serio tandē loqr: Cui⁹ modestiæ est in cōcione a sūmis Pōt. ēt doctrina claris, ꝓbata: a doctorib⁹ ꝑclarissimis & scīs cōfirmata: a tota ecclesia recepta, Audere in uerbū erūpere tā supbū? Nō pōt ꝓbari ex scripturis? Et addere post hoc. Nec ullis rōnib⁹. Pro oium ergo tu mētibus & ingeniis uales, ut circūspexeris oēs, q̄ a quouis mortaliū qn̄cūq; excogitari possint rōnes. O arrogātissimū hoiem. At saltē illas solueres, quas adduxerūt Theologi sacri in hac qōne Cur ergo nō id prius ꝑstas? Vt deinde dicere aliq̄ occasiōe ualeas. nō posse rōnib⁹ ꝓbari. Ecce qa iā nouo op⁹ tibi mēdacio fuit, & ideo subdis. Nec ipsi, q hoc tenēt, ꝓbāt. Sed simplr narrāt. Et qm̄ hoc forte nō satissuisset, ad psuadēdū. ꝙ tāti tamq; ꝓbati doctores, ita temere sine scripturis & rōnibus mouerenť, opus fuit societate, & auxilio alterius mendacii: & iō addidisti. ut oibus notū est. Certe tam notū hoc, q̄ quod sæpe ausus es exprobare ꝙ Thomas loqtur sine scripturis, sine canonibus, sine patribus, sine rōnibus. O insanum uulgus Et qs te seducit? Immo, & qūo seducit? Haberēt. n. saltem aliqd coloris, quæ iste iactat. Audiamus. ¶ Dixi aūt pri⁹, ꝙ in ecclesia aliqd asserere, cui⁹ nulla pōt rō uel authoritas reddi, est ecclesiā hostib⁹ & hæreticis irrisiōi exponere cū s̄m Apost. Petrū. Teneamur rōnē reddere de ea, q̄ in nobis est fide & spe, Et Paul⁹. Ep̄s potens in doctrīa sana ēt cōtradicētes redarguere. O adulterine doctor, q tibi arbitror ipasti nihil fidelr ꝓducere. Petri uerba hæc sunt. Dn̄m aūt Christū sctificate in cordib⁹ ur̄is. Parati semp ad satisfactionē, oī poscenti uos rōnē, de ea q̄ in uobis est fide & spe. Attēde igiť ad uerba cōfusor calūniosissime, & disce ex dicto hoc Petri, nō illud accipi. teneri nos rōe, aut quouismō ꝓbare nr̄a q̄ dicim⁹, sed tm̄ defendere ac tueri Hoc est. n. satisfacere poscēti rōnē. Alioqn negātib⁹ scripturā (sicut erāt illi de qb⁹ loqbať Petr⁹, q nō erāt in fide, qūo reddere rōne nr̄æ fidei ac spei poterim⁹? An forsan rōne ꝓbať fides? Et mēdax est Gregori⁹ cū cæteris sctis oib⁹? Immo mēdax & ipse Paulus, q ait. Fidē spādaꝝ esse substātiā reꝝ, arg. nō apparētiū? An nō, ubi rō cogit cessat fides? Satis ergo reddim⁹ de fide rōnē, si q̄cūq; cōtra afferanť docuerim⁹ nō obstare. Satis igiť erit nobis cōtra te, & cōtra oēs hæreticos, q & Ro. Ecclīæ priuilegiū, & scripturæ ēt ueritatē negatis. Si argumēta ur̄a resoluem⁹, & reducem⁹. mox i nihilū. Veꝝ qm̄, ut dixi tu teip̄ i īter h̄ticos tuis uerbis ponis. Et ex ore tuo accipim⁹ h̄ticos esse illos, q Ro. ecclesiam nō sequūť. iō audiat uniuersa ecclīa Dei miraculo loqntem ueritatē in seip̄m. Hæc ei⁹ uerba. ¶ Hic aūt adeo ē nulla autoritas, ut si hodie ecclīa Ro. determinaret ptē affirmatiuā: nihilomin⁹ maneret idē piculū. s. qa nō possumus rōnē reddere aliā, nisi qa sic Papæ & Ro. Ecclīæ placuit. Sed qd ista rō faciet, si ab his urgeremur q Ro. ecclīā nō sequunť? ut h̄ticis Pigardis. Hi nō uolūtatē Papæ & Ro. ecclesiæ: sed uel authoritatē, uel rōnē ꝓbabilē q̄rēt. Et certe iste est mihi uel unic⁹ scop⁹ in ista materia tota. ¶ Duo igiť his uerbis colligūť. ¶ Primū, Veritas, uel ab iuito ꝓdiēs. s. ꝙ h̄tici sunt q Ro. ecclīā nō sequūť. Ecce ergo ꝑue neq̄, tuis uerbis cōdēnaris. Tua s̄nia tete ponis īter hæreticos, nā hoc audio palā abste. H̄ticos eē illos q Ro. ecclīā nō sequūť. O infœlix Magister: nō te urgeo, nō te redigo ui ipsa ueritatis ad nihilū? Sed certe nō ego, tu ip̄e poti⁹ & p̄ctm̄ tuū. ¶ Scdm, stultitia. Frustra est. n. cōari cōtra h̄ticos ulla authoritate ēt scripturæ. Quid. n. ē h̄tic⁹? nisi q nō solū in itellectu errorē, ueꝝ ēt in uolūtate ptinaciā habet? Quid āt aliud ē ptinacē eē, nisi nulli authoritati, & ꝑcipue ipsi⁹ ecclīæ, supponi uelle, & cedere? Atq in quies, p scripturā saltē cōfundenť quā admittūt: & nō p authoritatē Ro. ecclesiæ, quā nō admittūt. Falsum hoc Martine. Scripturā. n. oīno repudiat & sancta Dei. qua-

Notate, notate hæc ꝓ modestia Martini.

Hæc ad te ptinent Martine.

Notate uerba & signate mysteria.

Martinus hæreticus ex uerbis suis.

tuor Euágelia qui Ro. authoritatẽ ecclesiæ nõ cõfitet atq; illi se nõ supponat, Nã alioqn dicet aliqs. Credo oẽm scripturã reuelatã. Attamẽ Euangeliũ qd dr̃ esse Matthei nõ credo: imo nõ credo fuisse Matthei. Quid tu Martine sapiẽs oppones? qua probabis scriptura illud esse Matthei, aut insup esse reuelatũ, hõ miser? nisi hoc tm̃ opponas, qa ab ecclesia Ro. est sic receptũ & ꝓbatũ quasi Matthei? & quasi reuelatũ? Et insup ꝙ Ro. ecclesia errare nõ potuit. quasi a Spũ sancti infallibili ueritate directa? Nec. n. satis esset, ꝙ illud hoies hactenus ꝑ Matthei Euágelio receperũt. Nõ satis esset inq̃. Nõ. n. hæreticus est, q nolit credere qd testimonio hoium, ẽt si certissimũ sit, ꝓbet: sed q diuino resistit testimonio. Si ergo hãc sufferas Romani Põt. & ecclesiæ authoritatẽ, an nõ uniuersa q̃ fidei sunt subuertis? q̃ si in hoium opinione ac traditione, & nõ in diuina & infallibili ueritate nitantur atq; subsistãt? An nõ ita fit Martine, cum uere fides uertitur in utrum? Sed transeamus ad alias tuas causas negandi hunc thesaurum. Sequeris.

¶ Secunda omnia argumẽta hic plus ualẽt, quæ de thesauro militantis ecclesiæ ex sanctorum meritis adducta sunt.

¶ O incõsideratissime hoium quõ loqueris? Si. n. oĩa argumẽta (ut inqs) q̃ de meritis sctõrum fecisti multo magis ualẽt in meritis Christi, & illud est unũ ex argumẽtis, ꝙ Sc̃ti non fecerũt unq̃ qd debuerunt, neq; eoꝝ merita sibi supabũdantia fuerũt, ut aliis possent cõicari. Ergo, optima cõsequẽtia seqtur, ꝙ Christus neq; fecerit qd debuerit, neq; ꝑ aliis merita cõparauerit. Vide igitur quo te cõicis loquendo qcqd in buccam uenit. cũ ui uerboꝝ coactus sis profiteri Christũ nõ fecisse qd debuit: & pro nobis nõ meruisse. Et cum ita sit, ut manifeste omnibus apparere possit: Audes tamen passim iactare. Respondeat qui põtest qui habet meliora. Scio ꝙ ueritas diuina est. Scio ꝙ probari contrarium non potest de scripturis. Paratus sum ignem & mortẽ pati pro his. Diuinũ iudiciũ cognoui: & alia quæ iactas ita superba, ita stomachosa & odiosa: ut maximi miraculi loco accipiã ꝙ possit aliquis hõ tibi habere ullam fidem: Sed uideamus tandem quæ refers argumenta.

Modestiæ Martini.

¶ Primo, inquis indulgentiæ nõ essent indulgentiæ, sed uera satisfactio si de meritis christi applicarent. Nõ. n. indulget ei, a quo satisfactio requiritur. Respõdetur indulgẽtias uere esse satisfactiões, respectu Dei recipiẽtis. At respectu ei⁹ cui applicant, recte indulgẽtiæ dicunt: qa quod ꝑ se facere teneret ei remittit: dũ cõcedit, ut de alterius credito soluat.

¶ Secũdo inqs, tũc claues nihil soluũt, sed ligatũ alio trãsferũt, & ita uilificant, qd est impiũ dicere. ꝙ clauis nõ soluat. Sed unde tam repẽte tanta pietas Martine? An nõ tu tenes ꝙ claues nõ soluũt, sed prius solutũ ostendũt? Vnde igit mõ, ipietatẽ asseris tenere, ꝙ claues nõ soluãt? Deinde qs te docuit pp indulgẽtias claues nõ soluere? cũ cõtra dicamus neminem consequi indulgentias, qui per claues nõ sit solutus.

¶ Tertio, inquis merita Christi sine clauibus ꝑ nobis expendunt, ne alioqn sint ociosa. Rñdeo. Ridiculum esse dicere, ꝑpea esse ociosa ꝙ sine clauibus nõ expẽdant: sicut nõ est ociosum qd iterim seruat in Arca, ꝑ tpe oportuno. Ad expendendũ. n. hũc thesaurũ, cũ & opus aliquod pium exercendũ, ex parte accipientis reqrit: qd in honorẽ Dei uel in reipu. christianæ, & ꝓximi cedat utilitatẽ: qd reseruãdũ fuit, ut arbitrio ipsi⁹ ecclesiæ definiret.

¶ Quarto ais, si merita Christi solũ relaxatiõi pœnaꝝ expẽderent, fieret magna illis irreuerentia. Sed qs dicit hoc, ꝙ solũ operent pœnaꝝ relaxationẽ? Immo qs non dicit ꝙ prius auferunt oẽm culpæ maculã? Sed hoc amplius ꝙ etiã applicata nobis ex potestate clauiũ seu Pastoris summi operantur satisfactionem.

¶ Tertia cã negãdi. hæc est inqs. Oẽs cõstanter tenẽt opera nr̃a bona meliora esse q̃ sint indulgẽtiæ. Nemo ẽt dubitat opa Christi esse meliora incõparabiliter oĩbus nr̃is opibus. Si igitur nobis applicarent merita Christi, sicut dicit ꝑ indulgẽtias, sequeretur indulgẽtias meliores esse operibus nostris qbuscũq;: qd est cõtra primũ cõcessum. Er qa primo uidebat argm̃ terribile ad cõfundendos oẽs mortales, sic incepit. Rñdeant mihi ad istã cõtradictionẽ btũs Th. & Bonauẽ. Deinde post tm̃ strepitũ ipse idẽ arg. soluẽs, sic seqt ad uerbũ.

¶ At forte (ut sunt arguti) Rñdebunt ꝑ Aristotelicas distinctiões. Veꝝ est, merita christi: ut simpliciter sumpta sunt meliora nr̃is opibus: sed sic nõ sunt indulgẽtiæ uel ꝑ indulgentias nõ sic applicantur. Accipiunt aũt ꝑut solũ sunt satisfactoriæ ꝑ pœnis: & isto mõ applicantur. Rñdeo, ꝓba quod dicis. Quid si nolim istud tibi credere nuda narranti?

O disputatorẽ egregiũ, O hoiem lubricissimũ, partes opponẽtis primo sumit. & cũ argm̃ uidet corruere, ad illud cõfugit. Proba qd dicis. Hoc. n. ad te pertinebat ꝓbare qd dixisti. Quãq̃ satis nos (etsi superuacuo) ꝓbauimus. An non agnoscis ꝙ in hoc, ꝙ ais. Proba quod dicis. Tu cedis argumento: & ad principium redis totius disputationis? O stupidissimum hominem. Præterea cuius arrogantiæ est, in facto ac statuto totius ecclesiæ, dicere. Probare iubeor spiritus utrum ex deo sint. Ad Martinum igitur pertinet probare spũm ecclesiæ utrũ ex deo sit, Hinc apte nos ꝓbamus spũm tuũ, Ex patre diabolo esse, q ex cõtẽtiõe est

& ueritati nõ acqescit. Porro, quæ nam stultitia hæc, ut dicas per Aristotelicas distinctiões didicisse nos, separare merita christi de se sumpta: ab eiusdẽ iisdẽ meritis, ut nobis applicã tur? Noster. n. Aristoteles de istis indulgẽtiis (nisi forte apud inferos) nunq̃ scripsit.

Nota inopinabile.

¶ Sed uolo iam, ut & tu clarius intelligas: & facilius (sine Aristotelicis locutiõibus, a qbus abhorres) quæ dicunt Doct. Sancti. Opera Christi (opinor) nõ negabis bõa fuisse: & nõ solum sibi bona, uerum ẽt nobis. si mõ illa mereamur ut ꝓsint nobis, per fidẽ & charitatem. ¶ Secũdo nõ negabis opera nr̃a bona corã Deo esse nobis utilia, q̃ ex fide & charitate ꝓcesserint. ¶ Tertio dicunt Sc̃ti ex quolibet peccato teneri nos duplici reatu, culpæ & poenæ. ¶ Quarto, Per merita Christi cuilibet cõtrito remitti culpã uirtute clauiũ, seu sac̃i, saltẽ in uoto accepti. ¶ Quinto, & si aliqd poenæ remittat̃ p cõtritionẽ, & in ipsa sac̃i uirtute, tñ nõ penitus oẽs. An hactenus qcq̃ diximus Aristotelicũ? Hoc ultimũ opinor, qa tibi non placet: q ais. ꝙ p cõtritionẽ & solã nouã uitam Deus remittit oẽs poenas. At Aug. in hoc seq tur Aristotele. Ait. n. Aug. in Ser. de poenit. Nõ sufficit mores in melius cõmutare, & a præteritis malis recedere. nisi ẽt de his q̃ facta sunt satisfiat dñ̃o per pn̄iæ dolorẽ, ꝓ humilitatis gemitũ, ꝓ cõtriti cordis sacrificiũ cooperãtibus elemosinis & ieiuniis. Nam Greg. ẽt ait. Si peccatũ Dauid dñs trãstulit tam detestabile, qd est qd post oĩa, q̃ de eodẽ peccato p ꝓphetam a dñ̃o ei dicta sunt, postmodũ tanta tolerauit? Sed ꝓculdubio dñs delictũ sine ultiõe nõ deserit &c. Et hoc penitus tota seqtur, & semp secuta est ecclesia. ¶ Sexto, ergo põt aliqs p seipsum satisfaciendo poenas tales ꝓ peccato debitas diluere. ¶ Septimo, pñt ẽt ei applicari de meritis Christi p indulgentias, ita ut satisfaciat. ¶ Octauo, si satisfaciat p seipsum, plura faciet, qa nõ solũ poenas diluet, sed ẽt merebit̃ cõseruari in bono, & augumentũ charitatis. ¶ Nono, ꝙ si satisfaciat per indulgẽtias & applicationẽ taliũ Christi meritoꝝ nihil amplius habebit nisi poenaꝝ relaxationẽ. ¶ Decimo, p hæc sequit̃. ꝙ melius est satisfacere p seipsum, q̃ p indulgentias. ¶ Vndecimo, nõ ꝓpea seqtur ꝙ opa nr̃a sint meliora simpliciter opibus Christi, neq; ꝙ sint meliora nobis. Sed hoc tm̃. ꝙ nr̃a opa siue merita, q̃ nũq̃ tñ sunt merita sine pticipatione gr̃æ Christi & meritoꝝ eius, sunt nobis meliora q̃ illa sola opa siue merita Christi, q̃ p indulgẽtias nobis applicant̃. Et iõ sicut uere nihil est Aristotelicũ in his dictis, ita nihil absurdum, & nõ maxime cõgruens & iustitiæ & bonitati Dei. Nã si idem apponeret̃ nobis per merita Christi nobis applicata: quod per nr̃a, in eius gratia & charitate cõfecta, ut & charitatis augumentum, & in bono cõseruationẽ acqreremus, ꝓfecto & nimis indulgens & iniustus Deus, & nos ad secordiam inuitaremur.

Respõde Martine ad Augu. Grego. & omnes Sanctos.

¶ Quarta est ꝙ Gloss. in. c. ꝙ aũt. De poeni. & remis. ait, ꝙ si indulgẽtiæ essent poenaꝝ remissiones, homo nõ deberet ultra ieiunare aut bona facere.

¶ Hic ad ingeniũ redis, imo incoeptũ seqris. ut nihil fideliter unq̃ ꝓducas. Glossa. n. ibi, opponẽti hoc argumentum. Recte respõdet, ꝙ nõ seqtur. remissæ sunt ei poenæ, ergo non debet ulterius bona agere: tũ quia nescit sibi illas esse remissas: cũ nesciat etiam an sibi peccata sint remissa. tum uero ꝙ & si sciret, adhuc bõa operari deberet, tũ ad custodiã sui status, tum ad charitatis augumentum.

¶ Tu uero Martine, quia nõ poteras ad hæc respõdere, nisi in maiorem labereris stultitiã, immo nisi & tecum pugnares, ut saltem coram laicis tuis aliquid referre uidereris inquis ꝙ si ita sit: ut dicimus, tunc indulgentiæ essent incerta donatio. Quod ut laici tui comprobarẽt. His uerbis rem detestaris. Absit. absit, ut tam impia illusio ab ecclesia christi, immo clauibus fiat. Tum enim uere, ut quidam dicunt indulgentiæ essent, quædam impiæ fidelium deceptiones.

¶ Immo nunc istæ stultitiæ tuæ, deceptiones impiæ sunt. Neminem enim decipit ecclesia per hoc ꝙ id qd donat, apud recipientem incertum est utrum recipiat. An forte deceptor est Christus qui cum dat gratiam, tamen non patitur recipientem certo scire, utrum illam receperit. An non tu hoc ipsum alioquin concedis? Immo etiam quiddam maius & inopinabile (ut supra diximus) ꝙ recipiẽs gratiam minus illam intelligit cum præsens est, q̃ cũ est absens? An non tu dogmatizzas ꝙ nemo certus est se cõtinue non peccare propter occultissimum superbiæ uitium? Non tu asseris hominem esse incertum de contritione sua: ut etiam consequenter sit incertus de gratia? Impia igitur fraus esset domini dei qui non certificat nos de eiusmodi dono & multis aliis. Impia sunt ergo talia dona quæ ignoramus & quæ suo nobis proficient tempori. O ridiculum hominem, sed nõ desistit, ut magis rideatur. Sic enim sequitur.

Nota calũniosas stultitias Martini.

¶ Si per uenias mihi opera Christi impenduntur, & ego incertus sim an remissa sint mihi peccata. Tunc sequitur ꝙ dubito an merita Christi sint mihi sufficientia ad satisfactionẽ quo dubio quid execrabilius?

¶ O peruersor omniũ ueritatũ. Et qñ semel incipies nõ euidenter deficere, in sequela cõ-

clusionis? Eho. Dic mihi, an nō stant dubiū hoc meū. ꝙ incertus sim & dubitem, utrū opera Christi mihi sint impensa, etiā si sint impensa, sine hoc ꝙ dubitem illa esse sufficientia? sicut stat ꝙ habeā Dei gratiā: & nō dubitem ꝙ illa mihi sufficeret: & tñ incertus sim, utrū illam habeam? Ita plane de indulgentiis cōtingit nō, ut dubitem, an illa mihi applicata ꝓ oībus pœnis, sufficientia sint: sed tantū utrum mihi sint applicata, hoc uero nō ex defectu meritorum, aut potestatis applicantis, sed meo: quia forsitan nō sim cōtritus ut oportet: & ita te nunc relinquo in uaniloquio tuo.

¶ Postremo aūt tuam excusare arrogantiam uolens, sic ais.

At dicis. Ergo ne. S. Thomas errauit cum cæteris? nunquid Papa & uniuersa ecclesia errat quæ ita sapit. An tu solus recte sapies & solus.

Respondeo primum, Non sum solus, sed ueritas mecum, & multi alii: qui dubitauerūt: & adhuc dubitant quid ualeant indulgentiæ.

Propria hæreticoꝝ cōfessio. ¶ Optima sane respōsio: & ꝓpria hæreticoꝝ, imo oīum cōis qui quod respōdeant nō habent, ut dicant: ueritas mecū est. Deinde nota hic aliud, ꝙ illi qui dubitāt, secū sunt: cū tñ ipse non dubitet sed asserat, nō ualere ad pœnas nisi canonicas. Si tñ rogaretur qui sunt isti qui dubitant. Ego nescio quos posset ꝓferre, nisi forsan quosdā egregios tractatus quorūdam, nō multæ existimationis (ut ipse fatetur) Sed tñ ꝓfundæ doctrinæ, quos penes se habet. Et hinc hausit opinor tantam scientiam Martinus. Addit.

Impudentia. ¶ Secūdo & Papa mecū est, quia & si cōcedit indulgētias, nō tñ dicit esse ex Thesauro meritoꝝ Christi. O Martine. Cuius frontis es tu? Papa mecū est inqs. An forsan aliquē Papā dicis tu, præter Leonē? Forsitan candidatū iam, & in futuro uestro cōcilio ꝓmouendum? Nisi ita te defendas. Ego certe nō desinā admirari quo pacto potueris tam impudēter hoc iactare, ꝙ Papa sit tecū. Sed hoc ēt dignum ut audiamus. Quare Papa tecum sit.

Consequētia. ¶ Quia (inquis) & si cōcedit indulgētias nusq̄, tñ dicit ꝙ sint de thesauro meritoꝝ Christi & ecclesiæ. O cōsequentiā ridiculā: nō dicit hoc, ergo nō ita est. O mendaciū insuper

Mendaciū. egregium. Legite qui potestis decretalem unigenitus & sequentis Sixti & alioꝝ & uidete si aliunde esse dicūt indulgētias q̄ de Christi meritis & scōꝝ. Sed iteꝝ audiamus. Nunq̄.n. paritur esse unū solum sine suo socio mendacium. Sic.n. inquit.

¶ Immo Papa sese declarans dicit in.c. cum ex eo. ꝙ sint eneruatiões pnīales satisfactionis.

¶ Immo tu Martine iurista theologe, ubi dicit Papa ꝙ indulgētiæ sint eneruatio satisfactionis pnīalis. hoc ibi dicit, & utinā ponderatū esset. ꝙ ex nimis frequēti indulgentiaꝝ cōcessione, sequeret eneruatio pnīalis satisfactionis (quia hoīes mallent per indulgentias q̄

Nota Canonistam Martinum. per opera sua satisfacere) & insuper cederet in cōtemptū clauiū. Sicut factū uidemus. Nō igitur simpliciter dicit ibi Papa, indulgētias esse eneruationē satisfactionis pnīalis: sed nimiam indulgentiaꝝ cōcessionem. Sed esto. per indulgētias, etiā pnīalis satisfactio eneruatur. An sequtur ꝙ nō sint impensio meritoꝝ Christi? Immo qa ipendunt ꝓ me Christi merita & satisfaciūt, eneruat, ac remittit mihi illud qd p pnīalē satisfactionē deberē. Seqris.

¶ Tertio & tota ecclesia mecum, qa ecclesia utiq; cum Papa sapit: & sicut Papa sapit. Ad de cætū & coelū & terra tota tecum est. Si.n. Papa tecum est in hoc, & tecum ecclesia, iam potes addere pari fronte, ꝙ omnia tecum sunt. Sed aliter hoc esse nō pōt, nisi per ecclesiam, tuos laicos intelligas: & per Papam illum, quem dixi aliquē in cōcilio uestro ꝓmouendū. Interim tñ postq̄ facultatē mihi suggeris, ut uerba tua cōtra te statuā. Sic ego in te conuerto argumētum, & erit uerissimū. Papa sapit cōtra te, & tota ecclesia id sapit quod Papa (ut hoc in loco fateris, licet alioquin perpetuo id neges). Ergo tota ecclesia cōtra te sapit. Et hæc satis ad ostendendum, oi bene compositæ menti q̄ arrogans, q̄ mendax, q̄ uanus fueris. Reuertor igitur ad Dogmata tua reliqua perniciosa.

¶ Hæreses aliæ & blasphemiæ, & insana eiusdem ac uaria documenta.

Christo non sunt data iura cœlestis & terreni imperii. Vide supra lib. 3.

¶ Deum nobis impossibilia præcepisse. Vide supra lib. 4.

¶ Negatur arbitrii libertas, & oīa conceduntur nudæ gratiæ Dei & misericordiæ. Vide de decem præcep Pag. 424.

¶ Si talis esset libertas quicunq; uellet, eligēdo per arbitrium, statim operaretur. ibidem.

¶ Rōnē naturalē deprecari ad optima. scholasticū est documētū. i. illusoriū. ibidē Pag.

¶ Rō hoīs & natura hn̄t fundamētū harenā, ita ut rō naturalis nō sit ex diuina luce. ibidē.

¶ Lex est uerbū iræ perditionis & tristitiæ. Vide ad Leo. Pag. 136.

Fallit ergo nos Paulus dicens. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, Lex spūalis, no: aūt carnales. Ad Ro. 7. Et propheta, lex Dñi immaculata cōuertens animas.

¶ Scientias ac uirtutes siue intellectuales, siue morales, esse peccata & errores.

¶ Illud pceptũ. Dilige pximũ tuũ ficut te ipm. De incuruo & puerso amore intelligit in hũc sensum. Diliges pximũ tuũ sicut te ipsum. i. diliges te solũ & puerse. Si aũt amorẽ eiusmodi in pximũ dirigeres iam uere diligeres. Vide ad M.S.Pal. Pag. 192. & 193.

¶ Omne præceptum Dei magis positum est, ut ostendat iam præteritum & præsens peccatum, q̃ ut prohibeat. De decem præcep. Pag. 303.

¶ Illud præceptum. Nõ habebis Deos alienos, & alia. Sic debẽt exponi, qa spũs benignissimus Magister magis loqtur indicatiue. q. d. O miser homo. Ecce tuã tibi ostendo prauitatẽ: talis esse deberes, qui nullos Deos haberes alienos: non assumeres nomen dei tui frustra &c. Nunc aũt totus es alius & peruersus. ibidẽ.

¶ Nullus est hoium in mũdo, q nõ in aliquo grado qdlibet pceptũ faciat. ibidẽ Pag. 104. Ergo nullus est q nõ aliqñ cõfiteat Christũ, aut festa sanctificet, aut honorẽ parentibus habeat, & ieiunet: & ita ẽt impleat reliqua q̃ sub affirmatiuis cõtinentur præceptis.

¶ Illis duob⁹ pceptis ultimis. Nõ cõcupisces domũ px. tui, nec desiderabis uxorẽ ei⁹. phibet fomes, & inuincibilis cupiditas. De decẽ pcep. Pag. 465. Ita ut(pterq̃ horrẽdũ est dicere illud a Deo phiberi, qd in ptãte nr̃a nõ sit)peccauerit. Aug. q in lib. de pœnit. Explicite

Aug. cõfitetur, nõ esse hoc nobis imputandum, q fomite nõ careamus.

¶ Nullus Sctũs ipleuit hæc posteriora mãdata, & iõ oẽs fuerũt rei & pctõres, & idiguerũt grã Dei. ibidẽ. Ex ista tã fatua q̃ pphana põne. Seqt q si iõ oẽs Scti idiguerũt grã dei, qa in istis fuerũt peccatores & rei, q Beata Virgo, cum ẽt illa indiguerit grã Dei, fuerit ẽt rea & peccatrix in his duobus præceptis. O crudelissimũ blasphematorẽ.

¶ Illud qd dr̃ a Magro. Qui te pcusserit in maxillã dexterã &c. Et q uult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & palliũ, & q te angariauerit mille passus, uade cũ illo & alia duo. Intelligit ad lrãm, ẽt ipso ope cõplẽdũ, ut nulla supsit hoi iusta uindicta uel defensio. Ita ex eius uerbis plerisq; locis sumere licet, cũ insup lites & iudicia esse solas permissiones ad nostram duritiam in opere. Ad Leo. Pag. 139. Ad M.S.Pal. Pag. 210. Et de decem præcep. Pag. 461. Asserat. — Documẽtum Martini p iniustis.

¶ Illud qd dr̃ a Saluatore, qd uultis ut faciãt uobis hoiẽs, & uos facite illis. Aptat ẽt ad iniustã uoluntatẽ: uidelicet. Si ego nolo soluere qd debeo, & uellẽ aduersariũ mihi cedere, itẽ si uellem ei auferre tunicam, & uellem eũ mihi nõ resistere, sic sum illi inuicem obligatus pati. De decem præcep. Pag. 461. — Documẽtum pro latiõibus.

¶ Leges qb⁹ hæretici tradũtur igni sunt cõtra diuinã scripturã. Ad Leo. 147. In hac põne Parco illi qa cãm suã agit. Attñ nõ patiar, q ignorauerit scripturã Ambrosius, cũ dixit. Hæreses uelut qdã hydra fabulaꝝ uulnerib⁹ suis creuit, & dũ sæpe recidit pullulauit: igni

Amb. debita, icẽdioq; pitura. Hæc Amb. i li. i. de fide. c. 4. Et alibi uulpes Sãsonis hr̃ticos iterptatur q cũ ignẽ ferãt & incẽdiũ alienũ, in ipsas tandẽ conuertit, qd nõ solũ de æterno, sed ẽt de temporali intelligitur. — Documẽtum quo cãm suã agit.

¶ Sacerdotes, atq; epos nubere lõge cõducibilius in ecclesia Dei, ita ut cõtraria Pontificum lex fuerit pnitiosa, & pditio aïaꝝ. Vide in eius com. Ad Gal. in ult. comenti. — Documẽtum quod putauit facile persuadere.

¶ Credo forsan iste ita loqt, qa Paulũ Paulin⁹ theolog⁹ oblit⁹ ẽ dicentẽ. Volo aũt uos sine

i. pau. ad. corin. 7. sollicitudine eẽ. Qui sine uxore ẽ sollicit⁹, ẽ q̃ dñi sunt, qũo placeat Deo. Qui aũt cũ uxore est ẽ sollicit⁹ est q̃ sũt mũdi, qũo placeat uxori, & diuisus ẽ. Sic ergo Martini sacerdotes oporteret eẽ. f diuisos, & a Deo abstractos. At forsitã ob aliã cãm istud ait, uidelicet pp bnficia & pbẽdas, & ecclïæ bõa: ut poti⁹ iure h̃ditario trãsferant in liberos, ac ne tãta cura sit in electõib⁹ & expectatiuis, & hmõi, sed poti⁹ s; carnẽ Papa Papã, & eps epm sibi gñet: & ita de aliis. O carnalẽ hoiem, & nihil magis cogitãtẽ q̃ carni placere & sanguini. Veꝝ ait. sic in ecclia primitiua faciebãt, nec sine uxorib⁹ erãt sacerdotes & epi. Si ergo oïa q̃ in primitiua ecclia magis tolerabant q̃ obseruarent, custodiẽda sunt, iã circuncisionẽ pmittam⁹, & Paschæ obsuatiã, & alios rit⁹ rursus Iudæoꝝ recipiam⁹, & mltos quos ecclia nouos istituit q tũc nõ suabãt, dimittam⁹. O uiꝝ pcipitatiõis. Nã qs nesciat multa eẽ, p tpꝝ oportũitate, mõ tolerãda, mõ phibẽda, sicut expiẽtia ñ solũ i diuinis, ueꝝ ẽt in hũanis legib⁹ docemur.

¶ Ex nr̃is opibus nõ puenit spes, sed poti⁹ despatio. Vide de decẽ pcep. ubi rephẽdit Magistrũ sniaꝝ dicentẽ, 3. lib. xxvi. dist. Spem. s. charitate formatã, ex misericordia Dei, &

2. Petri. i. meritis nr̃is puenire: qm sine meritis sparare est psũptio & nõ spes. At Martinus nr cõtra, qa de opib⁹ cape spẽ nõ est licitũ, ẽt si maxime illa(sic n. oẽs sentiũt)nõ putem⁹ sine Dei misericordia idonea: ut ita ẽt Petrus erret. dicẽs. Quapp frẽs satagite, ut p bona opa certã faciatis electiõnẽ uestrã. Et Martinus cõtra Petrũ, & dicens, & faciẽs, bene sentiet: per opera nostra bona nõ certam fieri electionẽ. Sed potius desperationẽ puenire.

¶ Per excõicationem nõ ptiuari hoiem ecclesiæ spũali & interna cõione, sed tm̃ externa, sed solũ declarari priuatũ si sit iusta. Vide in Sermone eius, de excõicatione.

¶ Deū per electos suos noluisse nos traducere in errorē. Vide supra libro primo. Dolo. 8.
¶ Satis manifeste uidetur prætendere ꝙ Idola ui orationum gentilibus, petentibus obsequerenẽ. Et similiter ui & merito orationū. Auaro cōcedi pecuniā. Vide in Ser. de pœnit. Pag. 279. Hæc eius uerba. Accipe simile Gentiles olim idola sua rogabant & fiebat qd' petebatur. Et auarus confidit in diuitias suas, & fit sicut uult. Quanto magis ille uerus & bonus Deus non finit se frustra rogari.
¶ Siquis sine peccato mortali actuali decesserit, ex solo originali dānari oportere ad æternas pœnas. De decem Præcep. Pag. 343. ita est crudelis Deus Martini.
Hanc positionem licet aliq antiquorum pbare uideantur, tamē hodie quantum uiderim nō recipiẽ nec recipiēda est: qa' ipietatē sonare oium mētibus uidetur, & adhuc de scripturis reprobari. Scriptū est. n. Ex te perditio tua Israel, & rursus. Non portabit filius iniqtatē pris, & rursus ñ obstupescēt dētes filioꝝ qa cōederit pr &c. Sed hæc qō aliud tps postulat.
¶ Secūdū pceptū Sabbatū sanctifices nō est affirmatiuū, sed tātū negatiuū, qa nullū opus ibi pcipitur, ita ut sic exponaẽ, ꝙ nō sit operandū. De decem præcep. Pag. 348. & 356.
¶ Idē pceptū ꝓprie cessauit, qa Paul⁹ arguit Galatas, ꝙ dies & mēses obseruabāt &c. Sed ecclesia hoc pceptū retinuit pp infirmos, ita ut ecclesiæ sit pceptū & nō Dei. ibidē Pag. 357. O cōfusorē oium q ceremonialia. de quibus Paulus loquitur, quæ erant euacuata. cū moralibus cōfundit, quæ manent. quod ex sequenti clare patet.
¶ Idem præceptū, sicut olim ita & nūc est ceremoniale, & insup figurale. ibidē Pag. 361.
¶ Peccatum accidiæ, credo inquit esse soli Deo confitendum.

¶ Causam cur toties seipsum impugnauerit Martinus.

CAusam tot cōtradictionum, in qs iste uir neq incurrit facile est cōiectare. Principio n. non intelligebat. Ex positione unius, aut alterius falsitatis atq; hæresis, seq plurimas. Et idcirco multas admisit ueritates q cōi oium doctrina cōcedunẽ. At postmō cū p illas expugnari se intellexit. Cœpit easdē audacter negare. Prio. n. canones uenerabaẽ Ecclesiā errare nō posse affirmabat. Idq; (ut uidebimus) in decretis ipsis Pōtificiis. At cum postmodo reprobari ab ecclesia sensit sua deliramēta, tūc ecclesia cœpit errare. Immo uero tunc ipse traditus in sensum reprobū, a seipso dissentire & seipsum destruere cæpit qd uel ex his quæ sequunẽ positiōibus suis partim supius adnotatis, partim ēt additis facile apparebit. Attende lector, & probabis procul dubio quod dico.

¶ Vbi Martinus cōtra ipsum loqtur. Sicut est adnotatū, ac disputatū supra.

CIrca positiões suas quoad indulgētias sic loquitur. Homo sum potens errare &c.
¶ Circa eādē paulo post se errare nō posse, qa ueritas ē diuina. In actis corā legato.
¶ Circa idē frequēter ait sese nihil aliud expectare q̄ Apsicæ sedis fniam. & paulo (post.
¶ Non expectare aliquod iudicium, quia cognouit diuinum iudicium. ibidem.
¶ Super eodem se (inquit) submisisse Apost. sedi, ut expectaret fniam, & paulo post.
¶ Non, ut expectaret sententiam, sed ex humilitate & reuerentia. ibidem.
¶ Verba illa. Tu es Petrus. non ad unam ecclesiam, sed ad omnes pariter dictum fuit.
¶ Immo ad unam tantum.
¶ Petro commissæ sunt oues tantum Iudaismi. ¶ Immo latinæ ecclesiæ.
¶ Primatum Ro. Pont. etiam humano iure statutum, a quo nephas est discedere.
¶ Immo fuit prohibitus diuino iure.
¶ Petrus cæteris Aplis æqlis. ¶ Immo inferior, & Paulo & Iacobo, & aliis a qb⁹ missus est.
¶ Ro. Ecclesia non est catholica. ¶ Immo omnes ecclesiæ sunt catholicæ.
¶ Non esse ferenda Decreta Primatum Ro. Ecclesiæ probantia.
¶ Immo ferenda esse pro charitate fraterna.
¶ Petrus gradu æqualis cæteris Apostolis. ¶ Immo maior.
¶ Christo non esse concessa iura cœlestis ac terreni imperii. ¶ Immo etiam cōcessa.
¶ Doctores Primatū honoris tantū concedunt Petro. ¶ Immo etiā iurisditionis & ptātis.

¶ Vbi contra seipsum, maxime & perplexissime loquitur de purgatorio.

POenæ Purg. & inferni sunt æquales sola differentes duratione.
¶ Immo non æquales, quia ibi aliqua est uel spes uel spei præsumptio.
¶ Animæ in purgatorio existētes dānari pñt. ¶ Immo certi sumus, ꝙ saluabunẽ.
¶ Certæ sunt aliquæ ibi de salute sua. ¶ Immo omnes incertæ.
¶ Est pticulare iudiciū in morte cuiusq;. ¶ Immo nō iudiciū sed accusatio & fnia differẽ.
¶ Animæ in purgatorio sperant. ¶ Immo desperant. ¶ Immo prope desperant.

¶ Nesciunt se sperare, & sentiunt se desperare. ¶ Immo præsumunt se sperare, & tanq̃ certæ de salute sua petunt suffragia.
¶ Horrent a facie Dei, quia apparet eis horribilis iratus insustentabilis.
¶ Immo quia confunduntur coram tanta puritate.
¶ Patiunť a facie uultus Dei, & futuræ dānationis timore. ¶ Immo ab amore iustitiæ timentes ne non ament & laudent Deũ. ¶ Prope desperatio intelligitur respectu durationis. Ad Leo. Pag. 55. ¶ Immo respectu timoris & pœnæ.

¶ Vbi in aliis sparsim sibi contradicit.

Sancti reddunt Deo quæcunq; debent. ¶ Immo non, quia minus q̃ debent.
¶ Nemo obligatur ad impossibile. ¶ Immo Deus nos obligat ad impossibilia.
¶ Ecclesia errare nõ potest, & intelligit hoc de ipso Papa in decretis suis. Vide de decem præceptis. Pag. 367.
¶ Immo tam Papa q̃ concilium põt errare, & multa sunt decreta cõtra Euãgelii sensum.
¶ Ecclesia idẽ sapit, quod Papa & sicut Papa. Papa aũt põt errare. Ergo ecclesia põt errare & nõ põt errare: & similiter Papa põt errare, & non potest errare.
¶ Nulla hactenus decreta Pontificum, quæ errorẽ aliquẽ cõtra fidem cõtinent. Istã positionem ad Mag. S. Pal. Pag. 209. Sub his uerbis ponit.
¶ Nã & ego grãs ago Xpo, qd hãc unã ecclesiã in terris ita seruat, ingẽti (& qđ solũ possit probare fidẽ nostrã esse uerã) miraculo, ut nũq̃ a uera fide, ullo suo decreto recesserit. nec tot Barathris pessimoꝝ moꝝ, diabolus tñ efficere potuit, ut penes hãc nõ maneret ab origine sua canõicoꝝ Bibliæ libroꝝ, & Eccł. pꝛ̃u; & ĩterpτũ autoritas, & autoritatis sincera ꝓfessio. Notate quol tis nosse Martinum ueterẽ & Martinum nouum.
¶ Immo uero plurima et Sctõꝝ & Martyrũ Põtificum sunt frigidissima, languidissima, ineptissima, impiissima. Affectũ spirantia humanũ, & cõtra Euangelii ueritatem &c.
¶ Sancti decedunt in charitate perfecta, quoꝝ aĩæ statim euolant. Ad Leo. Pag. 55.
¶ Immo nullus ita Sctũs q̃ fuerit pfectus charitate. Quilibet aũt charitate ĩpfect⁹ necessario fert secũ timorẽ. Et impossibile est talẽ sic impfectum statim euolare. ibidẽ Pag. 49.
¶ Nemo est certus se nõ sp mortalr peccare pp occultissimũ supbiæ uitiũ. ibidẽ Pag. 46.
¶ Immo scire potest homo se esse contritum, & ita in gratia Dei. Ibidem Pag. 127.
¶ Põt scire aliqs se cõtritũ, & in gr̃a Dei eẽ. ¶ Immo cõtritio ẽ sp incerta. in Ser. de pœnit.
¶ Sancti perferunt quartum genus pœnarum ab eo positũ, uidelicet flagella Dei in hoc mundo, ut fuit Io. Bap. & alii.
¶ Immo ipsi hoc nõ patiunť: nisi solã mortẽ, & q̃ ad mortem sunt. ibidẽ Pag. 20. & Pag. 71.
¶ Cõtritio nõ soluit aliquẽ a pctõ, sed fides sola qcqd sit de cõtritiõe. supra disputatũ est.
¶ Immo contritio ipsa soluit. In Ser. de excõmunicatione his uerbis. Contritio & humilitas omnia soluit & placat.
¶ Claues nõ soluunt, sed solutum ostendũt ¶ Immo impium est dicere ꝙ clauis non soluat. Disputatum est.
¶ Deus nõ reqrit pœnas a corde cõtrito, nisi forte flagella, hæc uerba nõ aliud significare mihi uidenť, nisi ꝙ Deus nõ reqrit pœnas, ĩmo reqrit pœnas. Flagella. n. sunt pœnæ ue ipse fateť, ꝙ si aliq cõtriti nõ flagellarenť hic. Ego arbitror debere flagellari alibi, idest in purgatorio: nisi in pari cõtritione, alius alio ponatur melioris conditionis.
¶ Veniæ sunt utiles. ¶ Immo non sunt utiles. Cũ aũt sup hæc cõtradictiõe redargueretť a M. S. Pal. Egregie sic r̃ndit, ꝙ sunt utiles pigris, ut. s. melioris cõditionis sint pigri q̃ impigri in theologia Martiniana, præter alia quæ sequunť fatua & absurda ex hoc dicto.
¶ Ab indulgẽtiis dehortari nõ licet, qa ꝓ pigris sunt in Ser. de indulgentiis. ¶ Immo licet quia nisi Martinus nõ aliud facit, nisi forte: ut est duplex iste Martinus, dicamus: ꝙ sm unũ Martinũ q principio nõ erat ita furiosus nõ licebat. At iam facto furioso licet.
¶ Omnia nostra operã bona sunt peccata coram Deo. ¶ Immo multi confitentur de multis quæ uel non sunt peccata uel uix uenialia.
¶ Omne peccatum & uitiũ non ex natura est, quæ bona est, sed iniuria eoꝝ q illud agunt.
¶ Immo homo ex natura, quæ furit atq; insanit, peccat.
¶ Neminem etiam sanctum sine timore mortis.
¶ Immo aliqui mortem non timent propter charitatis perfectionem. Ad Leo. Pag. 52.
¶ Potuissem multo plura colligere, si diligẽti⁹ datũ fuisset attẽdere. Sed hæc arbitror. Satis supq; erũt Ab illis. n. opinor nõ se extricabit Martinus. Neq; tñ me latet ꝙ qdã fortasse poterit, qbusdã suis distinctiõib⁹ de sua collectis theologia, aliquo mõ excusare. Et (ut est astutus) in illis oẽm defensionẽ ponet, interim alia multa q̃ ei⁹ obstruũt os ipudẽtissimũ ꝓ more dissimulabit. Sed dabo ego & hoc, ꝓtinaciæ & uersutiæ suæ: & certus esse mihi uideor ꝙ & in his q̃ excusanda sibi sumet, errores addet nouissimos prioribus peiores. Ergo interim expectabimus.

¶ Allegationes scripturarum & Authoritatũ, quæ contra illum irrefragabiliter faciũt.

Pauca ego de multis afferam, nam in assiduis talium tantorumq; errorum consideratione, fateor ut sæpe dixi: defessus sum, sed & longe magis stomachatus.

¶ Quod sancti nũq̃ fecerint quod debuerunt, pducit dñm dicentem. Cũ feceritis hæc oia, dicite serui inutiles sumus. quod Martinus exponit, q̃ non fecerũt q̃d debuerunt. Et dñs ipse sese exponẽs dixit directo cõtrariũ dũ seq̃t. Fecimus.n. q̃d debuimus.

¶ Quod Deus non requirat satisfactiõem a nobis, producit Micheam & Ezzech. dicẽtes deum requirere a nobis iudicium & iustitiam, & nõ intellexit per iudiciũ & iustitiã cõprehendi etiã debitum satisfactionis. Sed hoc supra disputatum est satis.

¶ Quod Petro nõ sint datæ claues pricipsr, pducit Matth..xviii.c. q̃d retorsimus in illũ.

¶ Producit Paulũ, quasi neget liberum arbitriũ, & eius ptãtẽ illis uerbis, Non q̃d uolo bonũ hoc ago. Cũ cõtrariũ potius p ea pbet, uidelicet q; liberum sit arb. sed executio ñ sit i ptãte.

¶ Producit Hiero. Aug. Chrisost. Origenem. Ad pbandum q; Petro nõ sint datæ claues, sed ecclesiæ, & q; illa uerba. Tu es Petrus, nõ fuerunt dicta Petro: qui tam irrefragabiliter dicunt contrarium sicut disputatum est satis. scdo lib. in Dialogo.

¶ Quod in actibus Apostolorum probatur, Petrum æqualem cæteris & Doct. Sancti, ut Chrisost. dicunt, probari Petrum maiorem cæteris.

¶ Quod in ecclesiastica historia. lib. v. pbetur Victorẽ Papam non fuisse Asianis Episcopis superiorem. Et tñ nihil tam aperte probatur q̃ cõtrarium.

¶ Idem pbari in historia tripartita. lib. 4. Et tamẽ nihil dilucidius pbatur q̃ contra hæc.

¶ Quod Ro. Pontifici sit datus Primatus a Cõstantino. 4. Platina in Benedicto. ii. Et tamẽ iste Platina contrarium potius præsupponit.

¶ Quod Augustini & Cypriani Decreta fuerũt gesta ac rata sine authoritate Ro. Põt. idq; in eorum libris clare haberi. Et tñ nihil clarius q̃ q; in eorum libris habetur contrariũ.

¶ Quod ex concilio Niceno aufertur Primatus ab ecclesia Ro. & Ro. Pontifice. Cuius penitus cõtrarium ibi patet, cũ potius si alioquin nõ esset, constitutus fuisset: quod alii hæretici & schismatici scientes & cõfitentes, potius dicant in illo concilio fuisse cõstitutũ, & non in uerbo dei. Quod pariter falsum est, quia cõcilium nõ illud quasi de nouo statuit. Sed quasi statutum iam in Dei uerbo declarauit & cõfirmauit.

¶ Quod in. c. primæ sedis. dist. xix. prohibeatur Ro. Pontifex dici Princeps, aut summus Sacerdotum cum ibi maxime (si diligenter inspexeris) cõcedatur.

¶ Quod Gregorius negauerit a Ro. Pont. uniuersalem ouium & ecclesiarum curam, cũ & facto & dicto passim contrarium ostenderit.

Multa infideliter hũc hominem de scripturis & authoritatibus aliorum passim pducere, Certo scio bene doctos latere nõ posse, qui aliquid de suis, uel percurrerint, opusculis. Ego uere possum hoc unũ, & audacter pferre. q; uix põt unus forte aut alter signari locus, ubi non sine uel mendacio uel inefficacia producat. Sed ego de multis quæ occurrerũt paucula perstringam, ut ex his & in aliis indubitatã cõparem mihi fidẽ.

¶ Quod Gloss. & Panor. & Iuristæ se opponant Decretis probantibus Petri primatũ per illa uerba. Tu es Petrus. Vide supra prima Dispu. 2. lib. ubi pbauimus illũ neq; Gloss. neq; Panor. neq; Iuristas, neq; decreta intelligere, & stulta æquiuocatione decipi.

¶ Quod liceat Christiana libertate pro arbitrio refellere sanctorum doctrinã. Abutit Aug. sententia, de quo supra lib. I. 6. dolo.

¶ Quod per cle. abusionibus de pœnit. probetur Papam nõ habere authoritatem in Purgatorium. Cum hoc dicatur de quæstoribus sine Papæ authoritate indulgentias concedentibus, sicut q̃ latissime patet.

¶ Quod in Euang. Matthei. xviii. negentur claues soli Petro datas. Vide supra. 2. lib.

Ex historia Ecclesiastica. 4. lib. Octo mẽdaciter colligit uix q̃ttuor uersib⁹. Et hæc sunt.

¶ Quod Victor Papa uoluerit excõicari epos Asianos. ¶ Quod in hoc Hireneus Lugdu. Eps se opposuit. ¶ Quod monuit ne id ageret.

¶ Quod coercuit Victorem & iussit ei. ¶ Quod Victor cessit. ¶ Quod debuit cedere.

¶ Quod Anicetus Papa, cessit Policarpo episcopo Smirn.

¶ Quod non potuit cogere eum in sua decreta.

¶ Abutitur Pauli uerbo dicentis, qui uiuit dño uiuit. Item Gaudete in dño semper, ad pbandum q; pœnitentia, neq; somno, neq; gaudio interrumpitur.

¶ Abutitur eisdem uerbis i. ad Cor. v. & v. ad Gal. cum ait. Siqs inter uos fornicator &c. Item manifesta sunt opera carnis. ad probandum q; sola manifesta peccata sint confitenda. Hæc.n. allegatio non tam stulta est q̃ ridicula.

¶ Abutitur eiusdem uerbo cum ait, sibi creditum Magistrum gentium, sumens magisterium pro episcopatu.

¶ Abutitur & eius uerbo. Quid minus feci a magnis apostolis. confundens operatiões & labores cum potestate & iurisditione.

¶ Quod Aug. quicq̃ doceat contra solidam Theologorꝫ doctrinam de libro arbitrio, sicut iste passim blacterat; non .n. pelagianos cõdẽnat de opinione liberi arbitrii, nisi quatenus soli illi innitebant excludentes dei gratiã quod absit a xpiana doctrina.

¶ Ex hist. tripart. lib. iiii. quinq; pbari asserit q̃ sunt manifeste mendacia.

¶ Quod orientales episcopi cogere uolebant cõcilium. ¶ Quod Iulius Papa prohibuit.

¶ Quod illi contempserunt.

¶ Quod acutissime ei rescripserunt. ¶ Quod idcirco idẽ Iulius inaniter egerit. Hæc omnia mere mendacia atq; ibidem reprobata.

¶ Quod Greg. abhorreat, aut ullibi neget, Papã esse seu dici principẽ sacerdotum.

¶ Abutiť uerbo Amos Proph. Non faciet Deus uerbũ. Hinc. n. extorquet ꝙ oportet q̃cũq; uolumus pbare, ꝙ ex reuelatione accepisse debuerimus. uide ad Leo. xliii.

¶ Abutitur multis testimoniis scripturaꝝ ex supuacuo ut doctus uideať. Ad pbandum ꝙ solus Deus dimittit peccata: quod pueris notissimum est: ut per ea etiam pbet ꝙ Papa illa non potest dimittere, & ꝙ ex sacramentis non proueniat gratia. quasi uero minus dimittat Deus, cum ministerio utitur Papæ aut sacerdotis: quasi etiam minus ab eo pueniat gratia, quia medio sacramento conferatur. Et hic eius maximi erroris radix ubi frustra congerit scripturas.

¶ Abutiť testimonio Aug. dicentis Petrũ gessisse typũ ecclesiæ, cum illi dõn est a dño. Tu es Petrus. p quod puerse & imperite nimis intelligit ꝙ illa uerba non sint dicta Petro, sed ecclesiæ, cum potius contrarium pbent.

¶ Abutiť etiã Origenis & Chrisost. Testimonio, ꝙ non solus Petrus responderit. Sed hæc omnia supra disputata sunt. Vide si placet.

¶ Abutitur Hiero. authoritate quæ legitur in c. legimus dist. xciii. ubi putat probari blasphemiam: uidelicet, ꝙ Episcopi & præsbyteri sint æquales: & ꝙ Papa sit æqualis p̃sbytero cuilibet iure diuino. De quo supra satis.

¶ Abutiť multis scripturis circa pœnas inferni & purgatorii, ad pbandum illum suum timorem & horrorem, & alia stulta quæ effutiuit. ex nescio cuius Tauleri (ut ille inqt) doctrina, ut est ps. i. Non sic impii nõ sic: sed tanq̃ puluis &c. Itẽ p̃s. 2. Tũc loqueť ad eos in ira sua &c. Itẽ Esa. & Sal. & Iacobũ, & alios: quarum scripturaꝝ bona ps loquiť de tremore ac timore, qui erit in die iudicii, uel in eius expectatione, uel de eo q̃ etiam est in ta. Vide si placet in opere ad Leo. pagina. li.

¶ Calumniæ manifestæ, quas passim struit in eos in quos arguit.

Quod Reuerẽ. D. Car. S. Sixti, p̃posuerit Authoritatẽ Papæ authoritati Scripturæ & sancti spiritus. Vide in actis.

¶ Quod Magister. S. P. definiuerit pniam uirtutem, esse dolorem uolũtatis: manifeste hoc contra eius uerba quæ ante oculos habebat.

¶ Quod qui ponunt Papam caput ecclesiæ auferant xp̃m, ne sit caput. Cum potius illum ponant: quia Papam eius uice constituunt, & sic uicarium caput, quod supponit principale. Immo uero qui negant Papam caput, proculdubio negant Christum caput, a quo ille constitutus est.

¶ Quod contritio per indulgentias uilescat. dicit esse ex cõi doct. sententia.

¶ Quod Magr̃. S. Pa. dixerit ꝙ elemosyna sine peccato ueniali negari non ualeat q̃ cõtra manifeste dixit: uidelicet ꝙ interdum etiam sine ueniali i negať.

¶ Quod asserat ullus Theologoꝝ simpliciter ꝙ qui est Papa non possit errare.

¶ Quod Thomas sine scripturis, sine canonibus, sine patribus, sine rõnibus loquať.

¶ Quod Leo beatissimus uerba illa pphetæ In oẽm terram exiuit sonus eoꝝ. Trahat ad solum Petrum in. c. ita dñs dist. xix. uide supra in. 3. lib.

¶ Quod Pelagius papa p hoc ꝙ appellat Ro. eccliam scãm & catholicã, neget alias dici & ẽe scãs & catholicas: cũ sanctæ & catholicæ dici oẽs possint, quatenus scãm unã & catholicam sequantur: uidelicet xp̃i sponsam, sicut declaratum est satis: 3. lib.

¶ Eandem calumniam Anacleto imponit: uide ibidem si placet.

¶ Quod est maxime stolidum atq; ridiculum arguit Nicolaũ Papam, ꝙ fecerit Deũ ex Papa: & instrumenta ex hoĩbus & epĩs, pptérea, qa utiť exemplo Serræ & securis & tra

hentis eam. Hic rectum est: ut agnoscas, q̄a homo non potuit, nisi calumniari in decreta summorum Pontificum.

¶ Quod & Anacletus & Leo & Pelagius & alia decreta pompā primatus statuāt. cū solū primatū ponāt; & pompā potius ꝓhibeāt. Quæ utinā seruarent.

¶ Quod sacramentalis pn̄ia ponat a quoq̄ theologoꝝ tantum exterior.

¶ Quod eandē posse esse fictā, ullus unq̄ theologoꝝ asseruerit.

¶ Quod æquamus Petrum xp̄o.

¶ Quod Anacletus dixerit Ignatium constitutum a Petro sibi immediate successorem.

¶ Quod idē Anacletus dixerit Petrū fuisse figuratū in ueteri & nouo testō.

¶ Quod Papa in. c. translato de constitutioni. exponat Apostoli uerba & detorqueat ad prauum sensum cum reuera, ut patere potest omnibus simpliciter ea narret: ut ab ipso apostolo prolata sunt.

¶ Quod Thomistæ asserant quemq̄ hæreticū ex hoc solo, ꝙ cū Thoma nō sentiat: cum qui si copinant, Thomistæ nō sint nec sentiant cum Thoma.

¶ Quod Papa approbet omnia quæ a glossis & interpretibus in cōmētariis sunt exposita. Sunt & alia pene sine numero, quæ iste temerarius calumniator effundit, & stulta atq; imperita multitudo persuadetur: quæ adnotata sunt in superioribus, unde cuiq; licet ea probare quæ dixi.

¶ Loca nonnulla in q̄bus temerarie & in crassa patentiq; inscitia: & sanctos & quoslibet citra reuerentiam aut differentiam ullam reprehendit.

Multā quæ in Pontifices summos intolerabilibus blasphemiis & inefficacissime argumentatus est. Et pauca tm̄ de multis afferam q̄ supius disputata nō sunt. Reprehendit Thomā spāliter citato nomine (nisi fallor) in his paucis, cum tanto strepitu & contumeliis, ut etiam si uera diceret: attamen ab intolerabili arrogantiæ uitio excusari nequaq̄ posset.

¶ Primo igit in opere ad Magrm. S. P. Quod pœnitentiæ uerbum diuiserit ut pluribus modis accipiat, cum sit uerbum simplicissimū simplicissimi & unici doct. xpi Hoc satis con futatum supra fuit.

¶ Scdo, ꝙ fidē uerterit i utrū, qa p q̄ōnes tradit suā doctrinā. De hoc ēt supra satis, si nō satis dcm̄ unq̄ esse pōt, contra tam insanam & frigidissimā calumniam.

¶ Tertio, his uerbis illum notas: Doleo sanctum uirum eo ꝓlapsum, ut neget per mortē bonum accrescere pagi. 221. At ego uere doleo eo te præcipitatum, ut tam sanctum uirū & egregium doctorem, adeo temere atq; iniuria reprehenderis. Cuius hæc est opinio, a nemine hominum non recepta, nisi a te unico Martino. ꝙ ex pœna mortis, non accrescit bonum, tanquam necessaria & naturali & ex originali peccato debita. Neq; loquit beatus Thomas, sicut tu calumniaris, de morte suscepta uoluntarie & amore dei a sanctis & martyribus suis, quasi ignorauerit Beat⁹ Thomas ꝙ pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius: sed tantum de morte naturaliter alioqui ꝓueniēte illudait. At de pœna uoluntarie suscepta ab aliis illata, apte dicit esse maxime meritoriam: p qd̄ apparet q̄ fueris iniquissimus reprehensor.

¶ Quarto sic etiam contumeliose loquens ꝓ more tuo; sed etiam stolide ais. Veli a beato Thoma doceri qua dialectica stet ista consequentia. Ecclesia remittit solum iniunctas pœnitentias, ergo remittit ad grauiores. Ego tibi ꝓ Thoma & si indigne respondeo, quia neq; tu talis cui responderi oporteat: presertim tam stulte arguens. Neq; ego talis, q sim dignus tanti uiri personam induere: cuius non essem dignus calciamenta soluere. Attamen (qa audeo dicere ꝓpter imperitiæ tuæ. Magnitudinē longe sufficio argumento tā debili tuo) respōdeo inq̄. Hæc est sancti Thomæ opinio & omnium penitus doctorum ꝓbatoꝝ, ꝙ pene hic iniunctæ, si hic soluant, liberant iuxta mensurā notam in cōspectu Dei a pœnis, quas alioquin pati oporteret in purgatorio. Si ergo per indulgentias solut⁹ essem ab his iniunctis, & non etiam ab illis purgatorii, necessaria sequeretur consequētia, ꝙ per hoc, ꝙ ab istis tantum sum liberatus, remitteter ad purgatorium, in quo grauiores sunt pœnæ, quo remissus nō essem, si absq; indulgentiis satisfecissem & pœnas iniunctas soluissem: per illud quod superi⁹ sumptum est. Quod siue hoc neges siue cōfitearis, semper consequentia bona est. & ideo temere & loquens quicquid in buccam uenit rep̄hendisti eū de cōsequentia, quam conspicis necessariam esse: qcqd sit de ipso antecedente: De quo supra satis locuti sumus.

¶ Quinto reprehendis eum. ꝙ appellauerit priuilegium Petri, supremam illam potesta

tem quam accepit in clauibus regni cœlorum. Hic ego remitto te ad superiora. Et sum contentus ut cum decretis sanctorum Pontificum,& cum omnib⁹ sanctis, & tota ecclia Thomas errauerit. Et spaliter simul cũ Bernardo, qui uocabulo maioris uirtutis usus appellauit progatiuam. Tu igif solus esto ita sapiens,& utinam solus.

¶ Sexto ais, quis dixit Thomæ, ꝙ in purgatorio exist entes sint uiatores: secundum quid & nõ simpliciter? Audi Martine opinor fateberis, ꝙ a beatitudine retardanf, dum manẽt in purgatorio: ergo iam scdm hoc uiatores sunt. Opinor ẽt fateberis, licet in hoc tibi ipsi contrarius sis, ꝙ non pñt demereri, ita ut damnenf. sicut uiatores pñt. Iam igif consequmur ex te, ꝙ uerũ est Thomæ dcm: uidelicet ꝙ non per omnia sint uiatores. At tu mal⁹ hac sæpe arte nobis uis illudere, ut quæ abs te exigere iure possumus. tu contra, callide anteuertens, a nobis requiras. Nam quis dedit tibi, ut existimes in purgatorio existentes uiatores simplr eẽ? contra omnes Theologos,& totam ecclesiam, nisi tua & arrogantia & supbia,& qa parua lux ueritatis? Sed hæc satis. Immo ẽt supuacuo, ad tam insana argumenta hominis tam imperiti: quoad ea q̃ spaliter adnotauit in Thomã. Ars Martini.

¶ Reprehendit totam ecclesiam quæ admittit istam propositionem cum bonis operibus nos esse tutos a damnatione,& asserit hunc esse errorẽ pelagianoꝝ, q̃ tñ grãm remouebãt Dei & solũ arbitrii libertatẽ ad bene operandũ sufficere aiebant, quod ista propositione minime dicif.

¶ Reprehendit etiã Hieronymũ sciolus Martinus. Audite & irascimini q intelligitis. Martinus sciolus reprehẽdit etiã Hieronymum in suis ad Galatas cõment. At notate in quo & quomodo rephendit. Dixit beatus Hiero. ꝙ non meminit in tota scriptura, uerbo maledictionis esse additum uerbum Dei: ut. V. G. ita scriptura loquaf (dico ego causa declarandi) Deus maledixit illi uel illi: aut illa res uel illa fuit maledicta a Deo. Non tamen negat reperiri in scriptura, deum maledicere: immo multis locis scripturæ quos pducit: hoc asserit. At iste uere maledictus homo: non intelligens, p more suo Hieronymi sensum. Sic ad uerbum ait.

¶ Quod autem diuus Hiero. audacter negat in scripturis inueniri quemq̃ a Deo maledictum,& nunq̃ nomen Dei cum maledictione adiunctum: miror quomodo intellexerit quod Gen. 3. Serpens a Deo maledicit, & terra in opere Adam. Sed & Cain. c. 4. maledicit Deus. 4. Reg. 2. maledicit Heliseus in noie dñi pueros Bethel. & Abacuch. 3. maledixisti sceptris eius. Et Malach. 2. Maledicam maledictiõibus uris &c. Hæc Martinus. Notate Mart. tractãtẽ scripturas,& rephẽdẽtẽ Hieroñ.

¶ At Hieronymus Martine, non negauit quod tu per scripturas probas: uidelicet Deũ maledicere, aut maledixisse, uel sanctos homines in Dei nomine maledictionẽ ptulisse: sed hoc dicit (nota stolide ut intelligas) ꝙ hoc nomen Dei. non inuenitur adiunctum huic uerbo maledico, uel maledixit: ita ꝙ non inuenies in scripturis: ita dictum Deus maledixit licet hoc inuenias ꝙ De⁹ maledixit: sed nõ in hac forma uerboꝝ. De⁹ maledixit, siue a Deo fuit hoc maledictum. Hæc uero uerba Hiero. sunt.

¶ Audaci itaq; pede in hoc pcedo certamen: ut ad libros puocem nullo loco scriptum a Deo quemq̃ esse maledictum,& ubicunq; maledictio ponif nunq̃ Dei nomen adiũctũ Maledictus tu ab omnibus bestiis dicif ad serpentem,& ad Adam. Maledicta terra in operibus tuis,& ad Cain maledictus tu super terram: & alibi. Maledictus Canaã puer. necñ in alio loco: maledictus furor eorum, qa audax,& ira eorum qa dura longum est: si uniuersas maledictiones quæ in Leuitico,& in Deut. & in Iesu Nauæ scribũf enumerem: & tñ in nulla eoꝝ Dei nomen est additum &c.

¶ An non certi iam sumus quid præstet in scripturis Martinus,& in doctoꝝ sanctoꝝ scia qui audet quos non intellexit reprehendere? q̃q̃ hoc in loco excusat Hieronymũ excusatione, quam ille certo scio recusat. Lector potest nunc facile intelligere,& si placet dicta ex ipsis libris conferre.

¶ Reprehendit (quod in superioribus prætermisi) Paschalem Papam in. c. significasti. de elect. Multis quæ tædet referre: quia omnia huc redeunt, ꝙ iniustum sit exigere iuramentum fidelitatis. Quod tamen toto orbe xpiano obseruaf. Adducit autem Euangelicus Theologus dictum saluatoris dictis. Dicite. est. est. non. non. Quod autem ampli⁹ est a malo est: & intelligit uerba hæc (contra notissimam expositiõem Augustini: & omnium doct.) quod autem amplius est a malo est, id est malum est. Cum tamen domin⁹ (ut Aug. exponit & alii penitus omnes) hoc per ea uerba intenderit. ꝙ iuramentum ẽt licitum a malo semper puenit, uel iurantis, a quo iuramentum exigif propter timorẽ infidelitatis suæ. uel eius cui iuraf, qui sine iuramento non crederet. Vide si placet Aug. in libro de sermone, in monte domini,& eundem in lib. contra mendaciũ qui declarat euangelium, quomodo sit intelligendum illud. Ego autem dico uobis non iurare omni

no. Alioquin Paulus peccasset totiens iurando. Cætera uero quæ in hāc decretalē puerilr obiecit. Ita clare Magr̃. S. P. ita idonee confutat, ut addi nihil possit.

Rephendit Bonauē. q̃ dixerit (si tñ dixit) q̃ hō sine ueniali esse possit. Cū hoc Aug. explicite dicat (ut supra adduximus) q̃ pōt homo tātā Dei grãm consequi, q̃ posset hoc esse sicut certum est de Beata Virgine.

Rephēdit Magistrū sententiarū: q̃ spē, ut diximus: definierit quæ ex Dei misericordia & operibus processerit.

Reprehendit in pluribus Aristotelem de quo supra disputatū est. Hic aūt phos uoco nō ut defendāt: sed ut rideāt. Multæ aliæ eiusmodi rephēsiões ab eo sunt indignæ memoria Lector mediocriter eruditus facile ea nouerit.

Inopinabilia plura ab eo plata & stulte effusa.

Quod Aristoteles edisci pōt dimidio anni ab ingenio medioeri.

Quod gratia Dei minus sentit cum præsens est, q̃ cum est absens.

Quod melius sit satisfacere per se sine ueniis: q̃ satisfacere pariter per se, & insu per uenias accipere.

Declinare a perfectione est labi in perfidiam & hæresim. Ita scribit ad Magistrum Sacri Palatii. pagina. 246

Quod ab Aristotele acceperit Thomas & sci doct. q̃ de Papæ potestate: de indulgentiis de Purgatorio: de Pœnitentia scripserunt.

In purgatorio omnia sunt præsentia præterita & futura.

Experientia apparet Papam recipere claues ab ecclesia.

Sancti finxerunt honestum & pretiosum indulgentiarum fundamentum. Hæc ei⁹ uerba temeraria: Ita & in indulgentiis factum est. Cū uiderēt sancti hoies illas uulgo tā efferri (ut solet uulgo facere semp iudiciū Paridis & Midæ) & nollēt eas tam uiles credere. Cœperūt uel fingere honestū & ptiosum eorū fundamentū, qa nullū aliud occurrebat, nec uspiam erat. Nota lector uerba. uerba Mart.

Exponere Petrum, ut Petrum ipsum significet, est torquere uerbum: quia per Petrum non significatur Petrus sed ecclesia Hæc dicit uir iste, ut supra adnotatum est. Et scin qua fronte?

Hoīum uoluntate & ambitiōe & tyrānide cōstitutū esse Primatū Ro. ecclīæ. Ita ut sci & illa ambitione ducti, illum suis decretis firmauerint ac roborauerint.

Quod dialecticæ & Phiæ notitia p se. obsuerit ueræ & xpianæ Theologiæ. Sunt & alia inopinabilia multo magis ab hoc homine passim iactata, q̃ desuit ociū, ut colligerē. Facile colliget, qui uel parum diligenter animaduertet.

De crassis consequentiis eiusdem superius adnotatis.

Dominus interrogauit omnes discipulos, dicens. Vos quem esse dicitis: ergo omnes responderunt.

Item, ergo Petrus respondit pro omnibus.

Item, ergo si nō rñdissent, desiissent esse, aut non fuissent eius discipuli.

Petrus non fuit stabilis in fide ei reuelata: ergo reuelatio ei facta non fuit.

Si uerba illa. Tu es Petrus &c. pertinent ad successorem, & illa pertinebunt. Vade retro Sathana.

Est in aliquo paterna reuelatio, ergo & fides.

Petrus gessit typū ecclīæ cū dñs dixit. Tu es Petr⁹ &c. Ergo nō fuit ei dcm. Tu es Petrus: Non intelligit infœlix hō, dr̄ias iter sensus misticos & lrales. Et ex ueritate mistici sensus, uult præiudicari ueritati litteræ.

Quia Deus pmittit aliquos dñari, iō uult eos dñari. Vt falso loquat scriptura. Regnauerunt sed non per me, ut etiam qa permittit peccata etiam uelit illa.

Quia Petrus & Paulus dicunt non esse potestatibus resistēdum: & alia eiusmodi q̃ tædiū fuit referre, iō hic uir sane magn⁹, uult q̃ iniusta q̃libet potestas sit ferēda ēt tyrānis ut ab ea non liceat sese eximere quouis modo. Et hac & supiore, atq; pluribus earūdē uiriū rōnibus, nitit stabilire Primatū Ro. Pontificis, nō aliter q̃ tyrānidē: Hæc aūt i pric. operis supra recitati q̃ ex fastidio, & quia non ad rem, ppositam spectabāt, consulto omisi. Satis est nunc admonuisse.

Ineuitabilr, sequitur Rom. Pont. est uicarius generalis in tota ecclesia: ergo quicunq; non

sint sub eo sunt hæretici.

¶ Item, ergo qcunq; epi ab eo non ordinati, sunt hæretici. Patet ex his consequẽtiis illũ nõ intellexisse, ꝙ hæresis est crimen ponẽs errorẽ in intellectu, ut fieri possit aliquẽ credere Papã esse uerũ atq; uniuersalẽ dñm ac Pastorem, & tñ nolint ei sua puersitate subiici ut fortassis Martinus facit. Deus scit.

¶ Greg. non appellauit se uniuersalem Pont. uel summũ aut Principẽ sacerdotũ, sed seruum seruorũ Dei: ergo non fuit summus neq; Princeps.

¶ Paulus non fuit creatus Apls a Petro, ergo non fuit sub eo.

¶ Petrus nullũ aplorũ creauit aut misit: ergo neq; uerum neq; possibile est Petro oues eẽ cõmissas. Hæc eius ꝑpria uerba. Credo aũt ꝙ uelit dicere ꝙ pariter cardinales nõ creati a Leone uel missi non sunt sub eo.

¶ Iacobus cõmendauit Petri sñiam sicut legit̃ Act. Apost. 15. Ergo fuit æqualis Petro.

¶ Omnis sacerdos in articulo mortis cuiusq; põt idẽ qđ Papa, ut soluat eum, ergo non fuit sub eo. Ergo simplr Papa non est maior quolibet sacerdote.

¶ Item de iure diuino est, ut in articulo mortis ita possit. Ergo de iure diuino est, ut possit etiam in uita.

¶ Item ius diuinum est immutabile: ergo quod statuit seruari uno tpe, statuit ẽt alio tpe hæc oia licet incredibilia uideant̃, uera tñ & apta sunt: & superius adnotata, in fine sectũ di libri. Vide ibi si placet & collige de suis uerbis.

¶ Si uerbum illud. Tu es Petrus, ad solos Petri successores ptinet. Pari sequela, & illa cõmendatio facta dilecto discipulo de Maria ptinebit ad successorem Ioannis: & ita pariter successores Io. & Iacobi erunt filii tonitrui: & ita successores Iacobi erũt frẽs dñi. Hic uolo claudere de eius consequentiis loqui q̃ certe inumeræ sunt: ita plane stultæ, ut mirum mihi sit, quõ uel sibi potuerit, uel aliis putauerit persuadere. Tu lector ex his, imo ex una hac postrema reliquas uel coniicito. Nota

¶ Qui a Martino laudent̃, & de quibus.

Laudat authores concilii Pisani, ꝓpter zelũ pium circa illud concilium.

¶ Laudat epõs Arrianos, cõtra beatiss. Athanasiũ, & Iuliũ primum.

¶ Laudat atq; substinet reprobatas ac maledictas opiones Io: Hus in cõcilio Cõstã. immo etiam in concilio Calcedonensi, qđ Greg. tãq̃ euangeliũ Dei seruandũ ꝓdicat.

¶ Laudat Panor. in una sola opione quã sibi de schismate conseruauit.

¶ Laudat plurimos suspectos aut aliqñ notatos hæreseos crimine.

¶ Laudat etiam nõnullos nr̃æ ætatis, quorum aliqui (& si laude digni) ob eoꝝ multiplicẽ & admirabilem doctrinam: ut est Io. Faber Stapulensis. tñ subdole ab eo laudant̃, ut eorum animos atq; fauorem sibi conciliet. At ego contra, inuito illos: in eiusmodi pestes ꝓ xpi ueritate tuenda, ut duplicem nobis pariant fructũ in uinea dñi. Tum plantando q̃ bona sunt: tum quæ mala & noxia eradicando. Audite ad quos hæc pertinent.

¶ Laudat Laurentium Vallam in responsione sua contra iustissimam condemnationem Louaniensis & Coloniensis uniuersitatis: & ita laudat, ut appellet eum reliquam scintillam primituæ ecclesiæ uel nouum fomitem. Et insup sic ad uerbũ addat. At nũc Laurẽtius is est, & quotidie magis fit, cui nec Italia nec uniuersa eccſia multis sæculis similẽ habuit: nõ mõ in oi disciplinaꝝ gñe (qđ nullus adhuc ꝑstitit Magr̃ nr̃ eximius) sed & cõstantia, & zelo fidei xpianæ non ficto. Nota

Sed omnes has laudes meruit ob unum tantum opus quod & nos uidimus, quo irritã Constantini donationem facit unde paleam sine grano didicit appellare Martinus. c. cõstantinus dis. c. yi. Et in hoc reliquit aliũ suũ Magistrum Ioã. Hus, qui potissimum per illud fundabatur contra Primatum Roma. ecclesiæ: ut apparet lib. y. suarum blasphemiarum. Si igitur tot sæculis uniuersa ecclesia, neq; meliorem litteris, atq; constantia & zelo Christianæ fidei nobis alium uirum protulit, iam arbitror, magnam ei contumeliam ab ecclesia factam, ꝙ hactenus in sanctorum cathologum non sit receptus. sed prouidentia Dei factum fortasse est, ut tanta iustitia reseruaretur Martiniano concilio Sit igitur semper Deus benedictus. Expectabimus & hoc: si enim tantum miraculum de Laurentio uidebimus uel meo periculo idoneum illud afferemus ut rite fuerit canonizatus. Hæc dixi ut rectius nosceret̃ Martinus laudator. Nec. n. minus ita nosci forsan potest q̃ cum uituperat.

¶ Quæ maledicta effusa sint a Martino. Hic omnes inuito xpianos, ut legant.

Etsi oẽ opus eius non sit nisi maledictum, tñ insigniter ore illo suo fœtidissimo q̃piã effundit, omnibus piis auribus horrendissima.

¶ Primo(mitto q̃ in Deũ bñdictũ suis nouis dogmatibus euomuit) spãles quasdã in illum contumelias ultra alias patentissimas hæreses libet pducere.

Nam Deum pietatis patrem, crudelitatis uictricum nobis fecit.

¶ Dum patit̃ iuxta eius theologiã errare electos, ut alios in errorem mittat.

¶ Dum præcipit nobis impossibilia.

¶ Dum dãnat hoĩes ob originale crimen & inuincibile fomitis incentiuũ.

¶ Dum damnat prius, ut misereat̃ & liberet a damnatione: & in laqueum & peccatum inducit ut a peccato absoluat.

¶ Dum permittit animas plenas iustitia adhuc morari in purgatorio. Et alia eiusmodi superius adnotata plena crudelitatis horrendæ.

¶ Maledicit decretis summoꝝ & sanctorum Pontificum sicut uidimus, appellans ea frigidissima, languidissima, impiissima, deliramenta, paleas, & eiusmodi aliis contumeliosis uocibus inhonorat.

¶ Maledicit eorum authoribus, quos indoctos insulsos, barbarissimos, bellnas, canes, porcos, impios, scœnicos, poeticos, nugatores, ambitiosos: & aliis eiusmodi ignominiosissimis uocibus appellare & dehonestare non ueretur. Et quare? Nempe ob hanc unam causam: immo ob hanc solidissimam & inuictissimam euangelicã ueritatẽ, q̃ Petr⁹ fuit princeps apostoloꝝ & caput & fundamentũ, & sup eum ædificata est ecclesia uniuersa. Ob hoc q̃d Sancti omnes docuerunt & innumeris testimoniis tradiderunt. O hominẽ merito maledictum & anathema putridum.

¶ Maledicit (ut sæpe diximus) & Pontifici Anacleto ẽt martyri (utit̃ tñ diu nota atq; comperta hæreticorum cautela, sub conficto notarii nomine, in quo falsi etiam arguit Apostolicos scribas) & illum specialiter inscium, insulsum, poeticum, scœnicum, poreum, atq; beluam appellat. Cur enim nõ sæpius dicam, quod solum ineffabilem iniquitatem atq; impietatem uiri huius potest ostendere?

¶ Maledicit & Leoni prio Pont. eruditissimo atq; scissimo, & criẽ illũ iniustissimæ ambitionis ausus est, hoium oium q uiuant pphanissimus, adnotare: neq; in hoc ipso abstinens a summis ipsis Apostolis, in peruerso euangelii intellectu.

¶ Maledicit Isidoro: cuius canonem(ut ipse p sua ignorantia appellat) non inter canones: sed inter canes(p sua temeritate) deputat.

¶ Maledicit deuotissimo illi sancto Bonauenturæ, & uere nunquam p meritis laudato: & quibusdam uerbis, eius doctrinã admirabilẽ, admirabilẽ dico his q̃ aliq̃d sapiũt, nihili facit, quasi manifeste dicat, nec dignarer illum loco discipuli mei.

¶ Maledicit(quod ut sæpe cõmemorauimus nec tamen satis) glorioso uiro beato Thomæ. Sed in hunc longe contumeliosius, atq; blasphemiis horrendioribus. Quãdo eum uocat temerarium: illusorem. Sæpius falsa meditantẽ: sine scripturis, sine patribus, sine canonibus, sine rõnibus loquentem Vertentẽ fidem in utrum, hoc est in dubiũ Trahentẽ xpm ad mundi doctrinam. Errantem, & alios in errorem mittentem. Fingẽtẽ simul cum aliis sanctis, p satisfactione uulgi, honestum(sicut ille appellat) & pretiosum indulgentiaꝝ fundamentum. Et illum q nonnihil obsuit xpo, ita ut non nisi sine illo scriptura possit intelligi. Et qa declarare uoluit nobis manifestius, q̃ non de eius tñ doctrina sed de scitate quoq; male sentiebat. Sic de eo noĩatim(q̃q̃ plurali numero) locutus est, forte ẽt uolẽs eius sociũ Bonauẽturã cõplecti, aut aliũ quẽlibet. Sic inq̃ cũ reuerẽtia est locutus: Siue sancti fuerint siue peccatores

¶ Maledicit Italiæ. Italoꝝ ingeniis atq; Iristita ut Principio responsionis suæ: ut uidimus. Ad Magr̃m. S. P. sic incæperit. Peruenit ad me Reuerẽn. pater dialogus ille tu⁹ satis supcilio sus, & plane totus Italicus & thomisticus. &c.

¶ Maledicit omnibus gymnasiis uniuersi orbis, & quã non semel, laudauit Martinus, etiã Parisiẽsem uniuersitatem tandem complectit̃ maledictis. Quod quia passim facit, & in omni opere suo quod uidi, & abunde omnibus notum arbitror. Nihil hic exprimã, nisi q̃ non puto posse aliquid dici peius.

¶ Maledicit non solum Aristoteli Phõ. summo in his q̃ ad rerum naturæ intellectum ptinent: sed ẽt ipsi Philiæ: atq; dialecticæ, sine qua nihil recte naturaliter comprehendi, ac p fecte põt. Ipm uero Aristotelem Phm insipientẽ, nugatorem, fabulatorem, illusorẽ ingeniorum: & pessimæ authorem doctrinæ audacter pnunciat.

¶Postremo (ut hic claudam oẽs maledictiones eius) sibi ipsi etiam & famæ suæ nõ pcẽs Se hæreticũ: Se cõtentiosum: Se ptinacem: Se temerariũ: manifeste ut supra uidimus contestaᷣ, ut ueram in se comprobet scripturã dicentem. Cuius os maledictione & amaritudine plenum est, sub lingua eius labor & dolor.

Sit in omnibus benedictus Deꝰ in sæcula, qui diligentibus se omnia cooperari facit ĩ bonum, etiam istiusmodi hæreses ad exercitiũ & ꝓbationẽ bonoꝝ (sicut ait gloriosus Paulus.) Sit iterum Benedictus Deus: & Dominus noster IESVS & MARIA Mater. Amen. Amen.

¶Author ad Martinum.

MVlta (crede mihi) ꝑtermisi Martine tædio ac fastidio affectus, ac stomachatus: aduersus ĩsanias, stultitias, ac blasphemias tuas: quaꝝ ẽt ptẽ eodẽ uictus tædio ꝑterii. Putans lõge lateq; superioribus satisfecisse. Nunc paucis ad ea quæ responsurus es (si modo es responsurus) occurram.

Imprimis subdole tu ꝑtermittes ea oĩa, in qbꝰ euidẽter te senties expugnatũ. Iõ ꝓoccupãs hãc tuã consuetã lubricitatem. Id primũ ꝓtestor. Et si ẽt ab una, aut altera, aut pluribꝰ, de multis te hæresibus uindicares, si unica dũtaxat tenereris, nihil ageres. Hoc uero ĩsup primũ signũ do lectori (qd certe erit) iniustissimæ ac pessimæ causæ tuæ.

Scdo multa addes mẽdacia mẽdaciis: ptim negãdo te illo, uel illo mõ, dixisse aut ĩtellexisse: ptĩ falso, & nõ ex fide nouas authoritates siue de scripturis, siue aliũde ꝓducẽs. Adhoc. aũt ita rñdeo, ꝙ si idonee ab his te purgaueris, q̃ supra mẽdaciter te citasse manifesto cõpꝛhẽdimꝰ ac deteximus, facile & in nouis cesseri qbuscũq; calũniis ac falsitatibꝰ. Quod si excusare illa neq̃q̃ poteris (ut certe nõ poteris) hoc mihi ĩ sit ꝓ rñso ẽt in aliis. uidelicet cõsueta ꝑuersitas & mendaciũ tuũ. Et signũ ẽt eiusdẽ peccati, qd futurũ ꝓnuncio.

Tertio in qbusdã fortassis insistes, ubi te magnificũ facies in scripturarũ cõgestiõe: q̃ ad laicoꝝ tuoꝝ aspectũ. cõcludere uidebunᷣ, Astu solito repugnãtes subiicẽs scripturas, uñ uerus qõnis caperetᷣ ĩtellectꝰ. Hic uero sic rñdeo: si quẽ locũ scripturæ, aut aliã q̃cũq; idoneã ꝓduxeris authoritatẽ (uide qd loquor) q̃ ad rẽ ptinere, aut aliqd momẽti hr̃e uideri poterit: si nõ a doctoribꝰ sacris ĩspectã cõsideratã ac dissolutã ostẽdero: uel ab his, quos tu scholasticos uocas: uel ab ipso btõ Tho. (quẽ tu solus) sine scripturis, sine pr̃ibus, sine canonibꝰ, sine rõnibꝰ loquẽtẽ dephẽdisti. Et lõge priꝰ q̃ tuꝰ tritauus in lũbis sui pr̃is eẽt. Ex nũc totã cedẽs. Te ueracẽ ĩ oĩbꝰ q̃ dixisti & dices. audeo ꝓfiteri. Alioqn si nihil ꝓduces noui, uł alicuiꝰ cõsiderat[i]õis, qd ñ uirtute ẽt ĩsupiorĩbꝰ dissoluerĩ. Sit hoc signũ tertiũ temeritatis tuæ

Quarto uerba multa addẽs ꝑ laicis ac ꝑpetuo maledicẽs, trãsietq; ligua dolosa & iniq̃ illa tua, ĩ cœlos & ĩ terra: sup cœlos & subter terrã. Ex malis alioꝝ moribꝰ sicut hæretici plerũq; solẽt) ꝑsertim ecclĩæ ꝑsidentiũ, sumes tibi occasionẽ scissuræ & pessimæ doctrinæ ꝑsuadẽdæ. Hic aũt iubet Paulꝰ & Aug. ut taceã. & contẽtionibꝰ nõ deseruiã: & ita faciã. Sed hoc erit signũ mihi quartũ apud prudẽtiores, q̃ sis ab oĩ destitutꝰ ueritate: q nihil habeas quo te excuses, nisi hoĩum malitiã. Atr, cõstãtissime arbitror & ꝓdico, meliꝰ rñdere nõ poteris. nisi forsan resipiscas. Quod opto. Deus benedictus & hoc põt, si uelis.

FINIS.

Errores totius opĩs per a: paginã primã intellige: ꝑ b: secundam.

Fo.4.a.uers.42.authoritatis ꝑ authoritate
fo.6.a.uers.29.quid mauis ꝑ qd malus
Eodẽ b: uer.28.magis ꝓpriꝰ ꝑ magis ꝓpriis
Eodẽ b: uers.41.Eius sciani: ꝑ eius sñiam.
Fo.17.b.uer.7.generat rixas ꝑ gñant rixas.
Fo.18.b.uers.4.in uiri boni: ꝑ uiri boni.
Fo.25.b.uers.20.ubi incipit cuiꝰ obsuãtia &c. Tex. sic se hr̃e debet. Cuiꝰ obseruãtia (ut ait Aug. & Mart. exẽplo ꝓbat) tãta ẽt apđ hæreticos sp fuit, ut ꝑ illã maxime suas ĩpietates astruere conaretᷣ. Scda ẽ. Ecclĩæ authoritas, de qua nisi apud hæreticos patẽtissimos dubitatũ nunq̃ fuit quin eius doctrina &c.
Fo.33.a: uers.15.ad consuetã ꝑ ad consuetũ.
Fo.34.b: uers.4.post prĩe. scdæ disputa. ante uerba illa. ¶Pria igr̃ sit desũt hæc. Sed anq̃ ĩ istã blasphemiã ĩsurgã catholicã ueritatem per conclusiones ꝓponam.
Fo.44.a.uers.28.licetũ ct. ꝑ licet tũc.
Fo.46.a.uers.35.indigna hac. ꝑ idigna hæc
Fo.49.a.uers.18.ministro: ꝑ magistro.
Fo.56.a.uers.15.iuliꝰ dñationẽ ꝑ iuliꝰ dãnationẽ
Fo.61.b.uers.7.qđ ꝓfert: ꝑ qđ ꝓphã
Fo.62.b.uer.20.modestiã ꝑ modestiæ.
Fo.69.b.uers.7.te astringãt ꝑ te astringat.
Fo.72.b.uers.32.nulliꝰ iudex ꝑ nullꝰ iudex.
Fo.75.b.uers.43.peccatoꝝ: ꝑ pœnarum.
Fo 84.b.uer.12.ꝙ nec uere: ꝑ ꝙ uere.
Ibidẽ uers.16.eius ministri: ꝑ eiꝰ minister.
Fo.86.a.uer.21.beatis estis: ꝑ beati estis.
Ibidẽ uers.25.nihil debeat: ꝑ nihil timeat.
Item uers.26.cũ certũ. ꝑ eũ certum.
Itẽ uer.30.cũ ꝑ eis oramꝰ ꝑ cur ꝑ eis oramꝰ
Fo.92.a.uers.44.quia nisi: ꝑ quia ipse.
Fo.93.& 94.uel de eo qđ ẽ in ta. ꝑ uel de eo quod est in uita.

a b c d e f g h i k l m. Quaterniones oẽs: ꝑter a & d qui sunt terni.

Florentiæ p hæredes Philippi Iuntæ. Anno Dñi. M.D.XX. Vigesimo. Mẽsis Decẽbr.


· F · G ·

